AZ.
I

XLVI
A
50

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVI
A
50
NAPOLI

PHARVS
GALLIÆ
ANTIQVÆ.

Ex Cæſare, Hirtio, Strabone, Plinio, Ptolomæo, Itinerarÿs, Notitÿs, &c.

QVADRIPERTITO INDICE GEOGRAPHICO comprehenſa.

Cum Interpretatione Vernaculâ.

Auctore
P. PHILIP. LABBE BITVRIGO
Societatis IESV Sacerdote.

MOLINIS.
Ex Officinâ PETRI VERNOY, Typographi Regij. 1644.

Cum Priuilegio Regis.

B. R. NAPOLI
BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

CELSISSIMO
REGIÆ STIRPIS
SVRCVLO
ARMANDO
BORBONIO-CONDEO
PRINCIPI DE CONTY:

CLVNIACENSIS ORDINIS,
SAN-DIONISIANI ARCHIMONASTERII,
aliorumque Aſceteriorum
Generali Abbati &c.

Atque vt breui ſperamus, optamus, ominamur S. R. ECCLESIÆ.
PVRPVRATO SENATORI.

PHARVM
GALLIÆ ANTIQVÆ
EX CÆSARE, HIRTIO,

STRABONE, MELA, PLINIO, PTOLOMEO, NOTIS TYRONIS AC SENECÆ,

ITINERARIIS

Antoniniano, Burdegalenſi, Maritimo, Tabulâ Pentingerorum,

NOTITIIS IMPERII ET PROVINCIARVM,

Ammiano, Auſonio, Seuero, Paulino, Sidonio, Stephano, Æthico, Vibio, &c.

GEOGRAPHIS, POETIS, HISTORICIS, ORATORIBVS, aliiſque Scriptoribus

Qui magni CLODOVEI baptiſmum Annumque 10. Æræ Chriſtianæ præceſſerunt,

AVARICI

BITVRIGVM

CVBORVM

Rebus per Autumnales ferias prolatis Anni M. DC. XLII.

inchoatam adfectamque, Ac quorumdam incuriâ in hoc tempus dilatam

D. D. D.

PHILIPPVS LABBE

BITVRIGVS

SOCIETATIS IESV

PRESBITER.

GEOGRAPHIA

Dignum PHILOSOPHO Argumentũ.

EX STRABONE

Ipſo in aditu libri primi rerum Geographicarum.

ΤΗΣ τοῦ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ πραγματείας εἶναι νομίζομεν εἴπερ ἄλλην τινὰ, καὶ τὴν ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΗΝ &c.

GEOGRAPHIAM Philoſopho non minùs vllâ aliâ re, quam is ſuæ tractationis eſſe ducit, conſiderandam cenſemus, quod nos abs re ſentire multis argumẽtis liquet.

Qui enim primi Geographiam attingere auſi ſunt PHILOSOPHI *ij fuere: Homerum dico, Anaximandrum, Mileſium, eiuſque civem He-*

catæum, item Democritum, Eudoxũ, Dicæarchum, Ephorum, alioſq; cõplures: necnon iis ætate poſteriores, Eratoſthenem, Polibium, Poſſidoniumque homines & ipſos Philoſophos.

Iam multarum rerum cognitio, quâ ſolâ hoc opus confici poteſt, non eſt niſi eius, qui divinas humanaſque res contemplatur, quarum rerum ſcientiâ PHILOSOPHIAM *definimus.*

Tum vtilitas quoque multiplex, quæ partim ad negotia ciuilia, actioneſque PRINCIPVM VIRORVM *conducit, partim ad cognitionem cœleſtium, terreſtrium, maritimorumq; animantium, ſtirpium, frugum, atq; aliarum rerum, quæ ſingulis viſcuntur locis, virum deſignat eum, cui vitæ ars & beatitas curæ ſit.* Hæc ille Geographorum facilè Princeps & non poſtremus è Stoâ Philoſophus, quæ eo fine hic a me præmiſſa ſunt, vt importunã mirionum natio mirari deſinat, quamobrem ingenioſiſſimo Regiæ Francorum ſtirpis Principi,

& tùm Philoſophiæ candidato nobiliſſimo, Geographicum hocce opuſculum inſcripſerim: certè, vt cætera deeſſent omnia, cum ante aliquot annos invictiſſimo fratri LVDOVICO BORBONIO ANQVIANO DVCI noſtrā Sacræ Profanæque Chronologiæ cōcordiam conſecrarim, quis ſanæ mētis integrum mihi fuiſſe cenſeat, Sororem Chronologiæ Geographiam, alterumque, vt vocant, Hiſtoriæ oculum Patronis ac Mœcenatibus aliis commendare?

OPVSCVLI DISTRIBVTIO SVAS IN PARTES

Ad Candidum Lectorem.

INDICEM Huncce Geographicum quatuor diuiſimus in partes familiari elementorum ordine, atque aptiſſimâ, ni fallor, methodo ſuas veluti digeſtum in claſſes.

PARS PRIMA *Populos, Gentes ac Prouinciarum incolas.*

SECVNDA *Oppida, Vrbes, Portus, Caſtra, Pagos & loca quædam celebriora, immò & ignobilia quæque priſcis memorata.*

TERTIA *Flumina, lacus, Fontes, Amnium oſtia, Maris Interni Ex-*

ternique ſinus atque Æſtuaria.

QVARTA *montes*, *Promontoria, Inſulas*, *Siluas*, *Saltuſque complectetur*, *Subijcietque fidelibus oculis, cum expoſitione Gallicâ.* Quam ita poſt cæteros demùm aggreſſus ſum, vt putatis, circumciſiſque, quantum fieri potuit, inanibus quorumdam hominum, quibus, vt ait ille, *Nil intra eſt oleam, nil extra eſt in nuce duri*, ariolationibus ac conjecturis, quæ certa certò, quæ dubia ac controuerſa, aut non ſatis mihi explorata ſubtimidè ac titubanter, appoſitiſque eruditæ ac prudentis ignorantiæ indicibus notulis definirem, proculque temeritatem omnem ac præcipitem in ferendâ de rebus ambiguis ſententiâ volubilitatem, quam cane peius & angue odiſſe ſe fatetur Magnus Scaliger, ablegarem. Cætera præloquemur in majori opere copioſiùs, quod propediem Superis annitentibus & obſtetricante eruditorum hominum fauore dias in luminis oras

producemus.

INTERIM verò quia in ſcholis Humanitatis & Rhetorices prælegi ſolent auditoribus noſtris Caij Iulij Cæſaris & Auli Hirtij Pauſæ de Bello Gallico Commentarij placuit brevem hic texere ὀνομαλογόν ſeu Indiculum Geographicorum Veteris Galliæ vocabulorum quæ in amœniſſimâ terſiſſimi illius Hiſtorici lectione moleſtiam faceſſere ſolent, Vt cum ea inter legendum occurrerint, habeat Lector in iis nondum ſat tritus quò tutò confugere poſſit, inaneſque dediſcat Marliani, Vigenerei, aliorumque eiuſmodi fabulas ac vana interpretamenta, & quid certum ſit atque exploratum, quid dubium atque controuerſum tamdem ex noſtro hoc libello addiſcat, donec plenè per fortéque de iis omnibus doceatur in noſtrâ ex Cæſare Antiquâ Galliâ ad Ptolemaicæ deſcriptionis regulas exactâ, quam prope diem fauente Numine publici

iuris faciemus, niſi moram iniecerit currentis tardè præli, quam ſæpè experti ſumus, importuna remora.



GEOGRA

GEOGRAPHICA
GALLIÆ ANTIQVÆ VOCABVLA
C. IVL. CÆSARI VSVRPATA

Quæ in hoc Opuſculo cum innumeris aliorum Scriptorū dictionibus vernaculè explicantur.

In gratiam Auditorum humanitatis & Rhetorices Collegiorum Sociétatis IESV.

ADVALDVBIS, Aduatici, Aduatuca, Ædui, Agendicum, Albici, Alexia, Allobroges, Alpes, Amagetobria, Ambarri, Ambialites, Ambiani, Ambibarij, Ambruareti, Andes,

Antuates, Aquitani, Arar, Arduenna, Arecomici, Arelas, Armoricæ ciuitates, Aruerni, Atrebates, Atuatici, Atuatuca, Auaricum, Aulerci, Auſcij, Axona.

B.

BATAVI, Belgæ, Belgium, Bellocaſſes, Bellouaci, Bibracte, Bibrax, Bigerriones, Bituriges, Blannouij, Boia, Boij, Brannouices, Bratuſpantium.

C.

CABILLONVM, Cadetes, Cadurci, Cæreſi, Caletes, Carcaſſo, Carnutes, Catuaci, Caturiges, Cebenna, Celtæ, Cenomani, Centrones, bis, Cocoſates, Condruſi, Confluentes Rheni & Moſellæ, Curioſolitæ.

D.

DECETIA, Diablintes, Dubis, Durocortorum.

E.

EBVRONES, Eburouices, Elauer, Eleutheri, Eluſates, Eſſui.

F.

FLVSTATES.

G.

GABALI, Gallia, Garites, Garoceli, Garumna, Garumni, Gebebennæ, Genabum, Geneua, Gergobina, Gergouia, Germanj, Gorduni, Grudij.

H.

HEDVI, Heleuteri, Heluetij, Heluij.

I.

ICIVS ſeu Itius portus, Ioſedum, Iura mons, Inſula contra Maſſiliam.

L.

LATOBRIGI, Lemanus lacus,

Lemonum, Lemouices, Leonices, Lepontij, Leuaci, Leuci, Lenouij, Ligeris, Limonum, Lingones, Lutetia.

M.

MAGETOBRIA, Mandubij, Maſſillia, Matiſco, Matrona, Mediomatrices, Meldæ, Melodunum, Menapij, Metioſedum, Morini, Moſa, Moſella.

N.

NAMNETES, Nantuates, Narbo, Nemetes, Nemetocerna, Neruij, Nitiobriges, Nouiodunum Æduorum, Nouiodunum Biturigum, Nouiodunum Sueſſionum.

O.

OCELVM, Octodorus, Oſiſmij ſeu Oſiſini.

P.

PÆMANI, Pariſii, Petrocorij,

Pictones, Pleumoſij, Pretiani, Pyrenæus.

R.

RAVRACI, Redones, Rhemi, Rhenus, Rhodanus, Ruteni.

S.

SABIS, Samarobrina, Santones, Scaldis, Sebuſiani, Seduni, Segni, Seguſiani, Senones, Sequana, Sequani, Seſuuij, Sibutzates, Sotiates, Sotiatum oppidum, Sueſſiones.

T.

TARBELLI, Taruſates, Taurois, Tectoſages, Tigurinus pagus, Toloſa, Toloſates, Treuiri, Tribocci, Tulingi, Turones.

V.

VAHALIS, Vangiones, Varus, Vatuca, Vbij, Vellauni, Vellaunodunum, Vellocaſſes, Venelli, Veneti, Venetia, Veragri, Verbigenus pagus, Vero-

caſſes, Veromandui, Veſontio, Vienna, Vnelli, Vocates, Vocontij, Vogeſus, Volcæ, Voſegus, Vvalis, Vxellodunum.

POTERAM *hic ſimiliter Indicibus complecti collecta è Strabone, Melâ, Plinio, Ammiano, Itinerario Antonini, Tabulâ Pentingerianâ, Notitiis, aliiſque, Antiquæ Galliæ Geographica vocabula, verum operæ tantùm pretium viſum eſt id tentare dumtaxat.*

IN PTOLEMÆI TABVLIS.

A.

ABRINCATVI, Acuſio, Adula, Ædui, Agatha, Agrippinenſis, Aginnum, Agedicum, Alba Auguſta, Allobroges, Alpes,

Ambiani, Anderidum, Andicaui, Andomatunum, Antipolis, Aphrodyſium, Aquæ Auguſtæ, Aquæ Sextiæ, Aquitania, Arar, Arauſio, Arauraris, Areconici. Argenes, Argenteus, Arelate, Argentoratum, Argentuaria, Arobij, Aruerni, Atax, Atrebatij, Atyrus, Auenticum, Auaricum, Auatici, Auenio, Auguſta Auſciorum, Auguſta Prætoria, Auguſta Rauracorum, Auguſta Sueſſonum, Auguſta Treuirorum, Auguſta Veromanduorum, Auguſtobona, Auguſtodunum, Auguſtomagus, Auguſtonemetum, Auguſtoritum, Aulerci, Auſcij, Autricum, Axima.

B.

BAGACVM, Bataui, Batauodurum, Belgica, Bellouaci, Biduceſij, Biterræ, Bituriges Cubi, Bituriges Vibiſci, Blaſcon, Bonna, Borbetomagus, Breucomagus, Brigantium, Briuates, Burdigala.

C.

CABILLONVM, Cadurci, Cænus, Cæſarodunum, Cæſaromagus, Caletæ, Carantonus, Carcaſſo, Carnutæ, Caſtellum, Caturiges, Cauari, Cauellio, Cebennæ, Celtica, Cemeneleum, Cenabum, Cenomani, Centrones, Ceſſero, Cithariſtes, Commoni, Condate, Condiuincum, Coſſio, Cottiæ Alpes, Crociatonum, Curi anum.

D.

DARIORIGVM, Datij, Diablitæ, Didactium, Dinia, Diuodurum, Druentia, Dubis, Dueona, Durocottorum.

E.

EBRODVNVM, Eburaici, Elcebus, Equeſtris, Ernaginum.

F.

FORVM Claudij, Forum Iulij,

Forum Neronis, Forum Seguſianorum, Forum Tiberij, Foſſæ Marianæ.

G.

GABALI, Ganodorum, Garumna, Glanum, Graiæ Alpes, Germania ſuperior & inferior, Geſſoriacum, Gobæum.

H.

HELVETII, Heluij, Herius.

I.

IATINVM, Icium, Illiberis, Ingena, Iſara, Iuliobona, Iuliomagus, Iura.

L.

LEMANVS, Lemouices, Lepontij, Lerone, Leuci, Lexobij, Liger, Limonum, Lingones, Lugdunum Batauorum, Lugdunum Seguſianorum, Lutetia.

M.

MARITIMA, Maritimæ Alpes, Maſſilia, Mediolanum Eburoicum, Mediolanum Santonum, Mediomatrices, Meduli, Meldæ, Menapij, Mimeni, Mogontiacum, Morini, Moſa.

N.

NAMNETÆ, Narbo, Nemauſus, Nemetæ, Neruij, Neruſij, Nitiobriges, Noïodunum Diablitarum, Nouiomagus Biturigum Viuiſcorum, Nouiomagus Lexouiorum, Nemetum, Tricaſtinorum & Vadicaſſiorum.

O.

OBRINGA, Obris, Oeaſo, Olbia, Olina, Origiacum, Oſcella, Oſiſmij.

P.

PARISII, Petrocorij, Phrudis, Pictones, Pictonum promontorium,

Pœninæ alpes & Pyrenæum.

R.

RATIASTVM, Rauraci, Redones, Remi, Rhenus, Rhodanus, Rodumna, Rotomagus, Rueſium, Ruſiana, Ruſcino, Ruteri.

S.

SALASSI, Salyes, Salinæ, Samarobrina, Sanitium, Santones, Santonum portus, Secor, Segalauni, Segodunum, Seguſium, Seguſiani, Senones, Sentij, Sequana, Sequani, Setius, Sigman, Siluanecti, Staliocanus, Stœchades, Sueſſones, Suetri.

T.

TABALI, Tabuda, Taraſco, Tarbelli, Taruanna, Taſta, Tauroëntium, Tectoſages, Tetus, Toloſâ, Trajana legio, Tribocci, Tricaſſij, Tricaſtini, Tungri, Turonij.

V.

VADICASSII, Vagoritum, Valentia, Vangiones, Varganium, Varus, Vaſatij, Vaſio, Vellauni, Venelli, Veneliocaſſij, Veneti, Veromandui, Veſdiantij, Veſunna, Veſuntio, Vetera, Vienna, Vindana, Vindinum, Vindomagus, Vintium, Vocontij, Volcæ Arecomici & Tectoſages.

Subtexam quoque hic ex Lucani Pharſaliæ libro primo collectum Indicem Galliæ Antiquæ Geographicum, quo intelligant omnes, quàm arduum ſit ac difficile Tironibꝰ inexpertis Poetarum ſtudium, niſi ducem optimum nacti ſint, aut induſtrium Præceptorem, qui manu veluti ducat, & ſalebroſum iter facili ac eruditâ explanatione emolliat. Id verò inter cætera opellæ huius noſtræ non vulgaria commodà annumerare licebit, quòd impoſterum inoffenſo pede adoleſcentes Poëtæ huius eloquentiſſimi adita penetrare

netrare poterunt, qui in primo eius limine ſubſiſtere, ceſpitare, ac foedè interdum prolabi ſolebant, quadraginta ſequentium nominum nouitate atque inſolentiâ perterriti.

ANDI, Aruerni, Araris, Atax, Aturus, Axones Sp.

BATAVI, Belgæ, Bituriges.

CAYCI, Cinga, Comatà.

DRVIDÆ.

GEBENNÆ, Genabos.

HERCVLIS Portus.

ISARA.

LEMANVS, Leuci, Liger, Ligures, Lingones.

MEDVANA, monœci ſtatio.

NEMOSSVS, ſeu Nemetes, Neruij.

PICTONES.

RHEMI, Rhenus, Rhodanus, Rutheni.

SANTONI, Sequana gẽs, Sueſſones.

TARBELLI, Treuiri, Turones.

VANGIONES, Varus, Vogeſus aut Voſegus. *Atque vt tute ipſe experiare, en verſus ipſos.*

EX LVCANI LIBRO I.

DE BELLO PHARSALICO

Emendatos à V. C. Hugône Grotio.

CÆSAR, vt acceptum tam prono milite bellum,
Fataque ferre videt, ne quo languore moretur
Fortunam, ſparſas per Gallica rura cohortes
Euocat, & Romam motis mouet vndique ſignis.
Deſcruere cauo tentoria fixa Lemano,
Caſtraque, quæ Vogeſi curuam ſuper ardua rupem
Pugnaces pictis cohibebant Lingonas armis.
Hi vada liquerunt Iſaræ qui gurgite ductus
Per tam multa ſuo, famæ maioris in amnem

Lapſus, ad æquoreas nomen non pertulit vndas.
Soluuntur flaui lōgâ ſtatione Rutheni.
Mitis Atax *Latias audet non ferre carinas;*
Finis & Heſperiæ promoto limite Varus:
Quaque ſub Herculeo *ſacratus nomine* Portus
Vrget rupe cauâ pelagus: non Corus in illum
Ius habet, aut Zephyrus, ſolus ſua littora turbat
Circius, & tutâ prohibet ſtatione Monœci.
Quâque iacet lictus dubium, quod terra fretumque
Vendicat alternis vicibus &c. Tunc rura Nemoſſi
Qui tenet, & ripas Aturi, *quà lictore curuo*
Molliter ad miſſum claudit Tarbellicus *æquor,*
Signa mouet; gaudetque amoto Santonus *hoſte,*

Et Biturix, *longiſque leues* Sueſſones *in armis,*
Optimus excuſſo Leucus Rhemuſ*que lacerto,*
Optima gens flexis in gyrum Sequana *frænis,*
Et docilis rector roſtrati Belga *couini:*
Aruerni*que auſi Latio ſe dicere fratres*
Sanquine ab Iliaco populi; nimiumque rebellis
Neruius, *& cæſi pollutus ſanquine Cottæ*
Et qui te laxis imitantur Sarmata braccis
Vangiones, Batau*ique truces, quos ære recuruo*
Stridentes acuere tubæ: quâ Cinga *pererrat*
Gurgite: quà Rhodanus *raptum velocibus vndis*
In mare fert Ararim*: quà montibus ardua ſummis*
Gens habitat cauâ pendentes rupe Gebennas.
Pictones *immunes ſubigunt ſua rura,*

nec vltra
Inſtabiles Turonas *circumſita caſtra coërcent.*
In nebulis Meduana *tuis marcere peroſus*
Andus, *iam placidâ* Ligeris *recreatur abunda*
Inclyta Cæſareis Genabos *diſſoluitur alis.*
Tu quoque letatus conuerti prælia Treuir:
Et nunc tonſe Ligur, *quondam per colla decora*
Crinibus effuſis toti prælate Comatæ.
Et quibus immitis placatur ſanguine diro
Teutates, *horrenſque feris altaribus* Heſus,
Et Taranis *Scythicæ non mitior ara Dianæ.*
Vos quoque, qui fortes animas belloque peremptas
Laudibus in longum vates dimittitis æuum.
Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi:

Et nos barbaricos ritus, moremque ſiniſtrum
Sacrorum Druidæ *poſitis repetiſtis ab armis*
Et nos crinigeros bellis arcere Caycos
Oppoſiti petitis Romam, Rheni*que feroces*
Deſeritis ripas, & apertum gentibus orbem.

ANNOTATIONES GEOGRAPHICÆ

In precedentem Lucani pericopen.

A. P. P. L. B. S. I. S.

DESERVERE] Prolixè & magis ad ingenij aut Scientiæ æſtimationem, quàm ad argumenti neceſſitatem proſequitur varia loca in quibus cohortes Cæſarianæ hibernabant dum euocarentur à Cæſare ad bellum

Ciuile, inquit Iudocus Badius Aſcenſius in familiaribus ad Pharſaliam commentariis. Verùm hâc in re imitatus eſt Poeta noſter Principes Poetas Homerum Illiados ſecundo & Virgilium ſeptimo Æneidos, quos etiam deinceps ſequuti ſunt Silius, Statius, Valerius, aliique. Vt minus neceſſe fuerit diligentiam eius ſuggillare.

LEMANO] Præſidia ſeu hiberna intelligit haud procul ripis Lemani ſeu Genevenſis lacus collocata, à quo Philippus Beroaldus, Aſcenſius, aliique nonnulli inſulsè deriuant Alemannos populos, quaſi ad Lemannum degentes.

CASTRAQVE] In Aſcenſianâ editione, pluribuſque aliis, ita olim excuſi erant duo illi verſus:

Caſtraque Vogeſi curuam ſuper ardua ripam
Pugnaces pictis cohibentia Lingones armis.

Satius tamẽ eſt cum Sulpitio, Beroal-

do,aliiſq; legere,vt edidit V.C.Hugo Grotius,& nos ex eo repreſẽtauimus.

VOGESI.] Voſagi aut Voſegi legendum pluribus contendit eruditiſſimus Geographus Philippus Cluverius capite XXXIX libri II. Germaniæ Antiquæ.

RVPEM] ita doctiſſimi quique interpretes, non ripam: Mons enim Vogeſus, inquit Hugo Grotius, & in monte caſtra. Rupem pro monte dici vſitatiſſimum. Eſto, profluat ex Vogeſo in finibus Lingonum Moſa amnis, ſed valdè tùm exilis, depreſſuſque, vt ad eius ripam poſita caſtra dici nequeant ardua.

LINGONAS.] populos Lugdunenſis Galliæ ſat notos, quorum primaria ciuitas Andomatunum nunc Lingonæ *Langres*. Lingones plerique amabant ſuperiori ſæculo, ſed vel luxatâ verſus modulatione, vel vitiato auctoris ſenſu. Audi Badium. Accuſatiuus tertiæ in as, corripitur, in es, & in eis, producitur, ſed

nominatiui & vocatiui eorum, quæ, as, in accuſatiuo plurali habere poſſunt, habent, es, commune &c.

ISARÆ] *l'Iſere qui paſſe par Grenoble & ſe iette dans le Rhoſne vn peu au deſſus de Valence*, vt omittam Plancum in epiſtolis Ciceronis, Plinium, Strabonem, Liuium &c. Guillelmus Brito libro quarto Philippidos hæc habet.

— Iſaramque vado Rhodanumque carentes,

Quæ quomodo cum Poëta noſtro conciliari poſſint, non video ſatis.

RVTHENI] vel Ruteni detractâ aſpiratione *les Roüarguais*. Flaui appellantur, quod tamen epithiton vix conueniat hodiernis illius Prouinciæ incolis, qui pice ebenoque nigriores. Splendidè verò allucinatus eſt Sulpitius, dum docet Rutenorum ciuitatem vnam fuiſſe ex Allobrogibus.

ATAX] *La riuiere d'Aude qui paſſe à Carcaſſonne & Narbonne,*

vnde Varro Atacinus, & Atacinorum colonia. Omnibon⁹ inſcitè confundit cum Arari, vt docent Badius, aliique vulgò interpretes, doctique viri: non eſt tamen ſpernenda Claudij Roberti de vtroque hoc flumine annotatio in præfatione, ad Archiepiſcopos Narbonenſes parte primâ Galliæ Chriſtianæ. Hanc quoque vrbem Theodulphus decoram vocat, vt Martialis pulcherrimam, & Fortunatus lib. 6. cap. 7.

Excipit hinc Narbo, qua littora plana remordens
Mitis Atax Rhodani molliter intrat aquas.

Id eſt, vbi Atax ex Pyreneo monte digreſſus Narbonam attingens intrat mare mediteraneum, quod Rhodanus ipſo torrentior freto inuadit, quo loco à nonnullis legitur Arar, ſed vitiosè, vt in Proemio Concilij Agathenſis legitur Ararim pro Araurim ſeu Araurarim, & apud Luca-

num libro primo verſu 404.

Mitis Atax Latias gaudet non ferre carinas.

Legendum eſt Arar, Vnde Claſſis Ararica & Nauicularij Araricenſes in veteribus inſcriptionibus. Sed & Guillelmus Brito Philippidos libro nono ait Atacem alluere Sueſſionem & Axonam interpretatur, cum ait.

Lenifluis piſcoſus aquis quam ditat & ornat
Mitis Atax, Latias doluit qui ferre carinas,
Itala cum Gallis inferret Iulius arma,
Axona cui faciunt nomen vulgare moderni.

Malè pariter legitur apud Aimoinum libro 4. cap. 59. Adicem fluuium pro Atacem, quod prius obſeruatum Papyrio Maſſono pag. 495.

PROMOTO LIMITE VARVS] Vulgata lectio, promoto milite, id

eſt procul moto, & in Italiæ intima progreſſo Romanorum ſub Iulij Cæſaris ductu & auſpiciis exercitu: at Hugo Grotius contendit limite ſcribendum, non vt antid hac milite, promoto quippe limite eſt prolatis finibus Italiæ, quæ hic Heſperia dicitur, eratque olim anguſtior: Ligures enim, aliique in viciniâ populi Gallis prius annumerati.

SVB HERCVLEO NOMINE PORTVS] Portus Herculis Monœci Virgilio, Straboni, Plinio, cæteriſque celebratus, *Mourgues* Francis dicitur, *Monaco* Italis. De Circio legendus Plinius cap. 47. libri ſecundi Gellius, aliique. Suſpicatur Hugo Grotius legendum morari, αὐϛι τȣ̃ Monoeci, meliore certè ſenſu, quàm quod vulgò legitur, neque tamen voluit mutare receptam lectionem, neque ego.

LITTVS DVBIVM] Rectè de Aquitanico, Aremorico, Saxoniquoque littoribus intelliguntur iſtà, vbi

reciprocan

reciprocantis æſtu maris modò alluuntur, modò nudantur littorales arenæ, fluuiique Atyrus, Garumna, Caratonus, Separis, Ligeris, Somona, &c. redundant Salſis fluctibus viciſſimque ſubſidunt.

RVRA NEMOSSI] Monethi vel Menetis quidam habent, & fluuium interpretantur doctis viris ignotum: Alij Nemetem vrbem Germaniæ fingunt Rheno vicinam, quæ modo Spira: quidam conſultiùs Nemetum in numero plurium ſubrogant, noti quippe Nemetes Rheni accolæ medij Triboccos inter ac Vangiones Verum dubium eſt an ij Cæſaris æuo cis fluuium incoluerint. Grotiꝰ exhibet Nemoſſi, quæ ex Strabone primaria Aruernorũ ciuitas, modò Clarus-mõs *Clermont en Auuergne* Ligeri ſeu potius Elaueri, vt alias pluribus docui, in Ligerim influenti impoſita. Ego Nemeti ſeu Nemetti legẽdũ cõtendo ex certiſſimâ Iſaaci Caſauboni in Commentariis ad li-

brum quartum Strabonis emendatione, quam firmant, tùm conſtans Nemeti vel Nemetis hoc verſu in antiquis codicib' lectio, tùm Ptolemei *Αυγυστόνεμετον*, Itinerariæ Pentingerorum Tabulæ Auguſto Nemetum, Notarum ſeu ſiglorum Tyroni, Senecæ, Iſidoro, aliiſue tributorum Auguſta nemetum expunctâ, vt in quibuſdam aliis, vocali ex diphthongo capitali. Hæret tamen ſcrupulus quod de Aruernis fiat poſtea mentio.

ATVRI] ſeu Atyri *l'Adour* fluuius eſt Aquitaniæ, qui Atyr à Vibio, Aturrus ab Auſonio dicitur. Sulpitius, Beroaldus, Badius, aliique ante centum, & quod excurrit, annos legebant Satyri, repetitâ præcedentis dictionis, vt ſæpefit, extremâ conſonante. Quid quod ad ſcribit Beroaldus? in agro Tarbellico fluuius dicitur eſſe Marſyas qui fuit vnus ex ſatyris Diis ſilueſtribus: O portentũ in vltimas barbariæ oras

deportandum!

TARBELLICVS] Refertur ad Atyrum: Inſederant enim eius ripas Romanæ cohortes, non qua ex Pyreneis proximè dilapſus Bigerrones, Sotiateſque ſecat, ſed quà in Tarbellis haud longè ab Aquis Auguſtis ad Lapurdum ſeu Baionam in oceanum effunditur. Aliter Ioſephus Scaliger capite quinto libri primi Auſonianarum lectionum

—Et ripas Atyri, quem littore curuo
Molliter admiſſum claudit Tarbellicus ancon.

Ita enim omnino legendum in Lucano, non vt hodie.

—Et ripas Satyri, qua littore curuo
Molliter admiſſum claudit Tarbellicus æquor.

Nullo ſenſu: at quia ancor ſcribitur in veteribus libris pro, ancon, vt architector, pro architecton, & ſimi-

lia : propterea ancor in æcuor & æquor mutatum. Elegantiſſimè igitur ſinum littoris curui anconem vocat. & ita Ouidium littus quoduis curuum & inflexum vocare memini. Quam Scaligeri emendationem non æquè probant omnes cum viro eruditiſſimo Petro de Marca capite ſeptimo libri primi Benearnenſis Hiſtoriæ.

SANTONVS] Quid ſi legas, vt mihi alias venerat in mentem

— *Gaudentque amoto Santones hoſte.*

At in notis Tyronis ac Senecæ occurrit Sanctonus, & apud Sidonium, Strabonem, alioſque Santoni.

BITVRIX] Eſt qui ad Viuiſcos Garumnæ accolas iſta referre velit, ſed irrito caſſoque conatu : neque enim tanti eſt vicinia Santonum, quæ potiùs abſternere debuerat. Certè eo, quo è Galliis in Italiam Cæſar profectus eſt, tempore nondum à Biturigibus Cubis Ligeris & Elaueris

accolis deducta erat in Aquitaniam Colonia nec condita fuerat Burdegala, vt copioſiùs demonſtramus alio in opere. Neque ſi iam tunc Auarico profecti nouas ſibi ſedes in ſiniſtra Garumnæ ripâ comparaſſent Viuiſci illi Bituriges, probabile eſt tam vicina fuiſſe Romanorum militum caſtra, cum præſertim ex Cæſare & Hirtio conſtet certiſſimè hiemaſſe nonnumquam Cæſareas Legiones in finibus noſtratium Biturigum, qui poſtea ad diſcrimen Cubi cognominati ſunt, licet apud Cæſarem, aliosque ſcriptores ἁπλῶς, ac ſine addito prolatum nomen Bituriges, de noſtratibus intelligi ſoleat, debeatque.

SVESSONES] Notus Galliæ populus, inquit Grotius, veſtigia nominis MM. SS. preferunt Sexones. Badius Saxones ineptiſſimè, Beroaldus verò, aliique non minus imperitè Axones legunt, quos volunt Axonæ fluuij fuiſſe incolas, eos deni-

lia : propterea ancor in æcuor & æquor mutatum. Elegantiſſimè igitur ſinum littoris curui anconem vocat & ita Ouidium littus quoduis curuum & inflexum vocare memini. Quam Scaligeri emendationem non æquè probant omnes cum viro eruditiſſimo Petro de Marca capite ſeptimo libri primi Benearnenſis Hiſtoriæ.

SANTONVS] Quid ſi legas, vt mihi alias venerat in mentem

— *Gaudentque amoto Santones hoſte.*

At in notis Tyronis ac Senecæ occurrit Sanctonus, & apud Sidonium, Strabonem, alioſque Santoni.

BITVRIX] Eſt qui ad Viuiſcos Garumnæ accolas iſta referre velit, ſed irrito caſſoque conatu : neque enim tanti eſt vicinia Santonum, quæ potiùs abſternere debuerat. Certè eo, quo è Galliis in Italiam Cæſar profectus eſt, tempore nondum à Biturigibus Cubis Ligeris & Elaueris

accolis deducta erat in Aquitaniam Colonia nec condita fuerat Burdegala, vt copioſiùs demonſtramus alio in opere. Neque ſi iam tunc Auarico profecti nouas ſibi ſedes in ſiniſtra Garumnæ ripâ comparaſſent Viuiſci illi Bituriges, probabile eſt tam vicina fuiſſe Romanorum militum caſtra, cum præſertim ex Cæſare & Hirtio conſtet certiſſimè hiemaſſe nonnumquam Cæſareas Legiones in finibus noſtratium Biturigum, qui poſtea ad diſcrimen Cubi cognominati ſunt, licet apud Cæſarem, alioſque ſcriptores ἁπλῶς, ac ſine addito prolatum nomen Bituriges, de noſtratibus intelligi ſoleat, debeatque.

SVESSONES] Notus Galliæ populus, inquit Grotius, veſtigia nominis MM. SS. preferunt Sexones. Badius Saxones ineptiſſimè, Beroaldus verò, aliique non minus imperitè Axones legunt, quos volunt Axonæ fluuij fuiſſe incolas, eos deni-

que proinde cum Sueſſionibus, Malim reponere.

— Longiſque leues Sueſſiones armis.

Quamquã vtrumvis dixeris, perinde eſt: apud Strabonem Σουεσσῶνες, in Ptolemæi tabulis Ουέσσωνες, extritâ primâ conſonante pro Σουέσσονες, aut Σουεσσίονες vnde poſtea prodierit contractum illud Σουεσσῶνες.

LEVCVS] Leucorum ciuitates Ptolemæo Tullum & Naſium, quod perperam quidam Nanceio arrogant.

RHEMVS] aliis Remus detractâ aſpiratione.

SEQVANA GENS] id eſt Sequani, quorum ciuitas Veſontio, inter Ararim, Vogeſum, Rhenum, Iuramque incolentes. Ineptiunt quã maximè qui cum Badio Sequanæ fluuij accolas cum Sequanis confundunt.

BELGA] Anguſtiùs accipienda eſt, opinor, hæc Belgarum appellatio pro Bellouacis, Atrebatibus,

Ambianis, Caletibus, Velocaſſibus viciniſque populis Belgij ſtrictè dicti incolis, de quibus plura in Antiquâ noſtrâ ex Cæſare & Hirtio Galliâ. Nam ſi laxè vocem hanc interpretere ſub eâ Leuci, Remi, Sueſſiones, Neruij, Eburones &c. Comprehenſi deliteſcent, neque verò ſimile eſt Bellouacos, ipſiſque ad ſitos populos à Lucano prætermiſſos, cum apud eos toties Romanæ legiones cum ipſomet Cæſare hiberna ſua æſtiuaque caſtra metatæ fuerint.

ROSTRATI COVINI] ita legit Grotius: cùm in aliis antea editionibus excuſum fuiſſet maiſtrati, à Britannis ſcilicet, quorum inſulam ex Belgio profecti ſæpe vaſtauerunt Bellouaci, Atrebates, aliique. Vide Pomponium Melam, alioſque.

ARVERNIQVE] Ad hunc locum hæc habet Beroaldus: Aruerni liberi in Aquitaniâ, qui cum ſe oriundos à Troianis eſſe dicerent, audebant ſe appellare fratres Roma-

norum, qui & à Troianis originem habent: Hedui verò dicti ſunt fratres populi Romani, vnde Cicero ait fratres noſtri Hedui: duæ autem, vt ſcribit Cæſar, erant factiones in Galliâ alterius principatum tenebant Hedui, alterius Aruerni qui fingebant ſe, id eſt falsò predicabant fratres populi Romani, cùm id honoris verè Heduis ſolis conueniret.

NERVIVS, ET CÆSI &c.] Omnia hæc conuertere ſolent vulgares interpretes, & ad ſolos Neruios referre, cùm poſterius membrum ad Eburones haud dubiè pertineat, qui Ambiorige Duce legatos Cæſaris Cottan & Titurium Sabinum è caſtris dolosè eductos oppreſſerunt. En verba ipſa Cæſaris commentario quinto de bello Gallico numero ſeu commate 38. Hâc victoria ſublatus Ambiorix ſtatim cum equitatu in Aduaticos, qui erant eius regno finitimi, proficiſcitur, neque diem neque noctem intermittit, peditatum-

que ſe ſubſequi iubet. Re demõſtrata, Aduaticiſque concitatis poſtero die in Neruios peruenit, hortaturque, ne ſui in perpetuum liberandi, atque vlciſcendi Romanos, pro iis, quas acceperint, iniuriis occaſionem dimittant, interfectos eſſe legatos duos, magnamque partem exercitus interiiſſe. &c. Male ergò Neruij quaſi ſanquine Cottæ polluti traducuntur in vulgaribus Scholiis, ex ignoratione hiſtoriæ, quam nos ex ipſo hauſimus fonte.

VANGIONES] quorum ciuitates Mogontiacum, & Borbetomagus, ſeu Vvormatia, ex Sarmaticis Braccis, quæ pro certo diſtincte fuerunt à Narbonenſibus, quæ nomen dederunt Braccatæ Galliæ non malè alij, quos vide: nos enim ſola hic Geographica affectamur. Rideas verò Beroaldum concrepantibus buccis, qui Eburones illos, à quibus Cotta Cæſus eſt, Galliæ Lugdunenſis, quæ aliò nomine dicitur Celtica,

vt auctor eſt Plinius, populos fuiſſe comminiſcitur, ad eoque ab Eburouicibus, quorum caput Mediolanum, nunc Ebroïcæ, non diſtinguit.

BATAVI] in Inſula Rheni, nunc Hollandi Martialis ſecundam producere amat: Aurem qui modò non habet Batauam.

Et mutat Latias ſpuma Batava comas.

CINGA] Philippus Beroaldus duos ait eſſe huius nominis fluuios, alterum in Gallia, (qui forte Cyrta ille Maſſilienſium, quem Vibius Sequeſter ait fluere ſecundum Agatham vrbem, aliàs mihi cæteriſque magni nominis Geographis incognitus) alterum in Hiſpania, qui ex Pyrenæis montibus Narbonenſi Galliæ vicinis in Iberum Tarraconenſis Hiſpaniæ principem fluuium decurrit, cuius mētio tùm in Commentario primo de bello Ciuili, tùm libro quarto Pharſaliæ his verſibus:

Colle tumet modico, lenique excreuit in altum

Pingue ſolum tumulo: ſuper hunc fundata vetuſtâ
Surgit Ilerda manu, placidis prælabitur vndis
Heſperios inter Sicoris non vltimus amnes.
Explicat hinc tellus campos effuſa patentes
Vix oculo prendente modum, campoſque coërcet.
Cinga rapax, vetitus fluctus & littora curſu
Oceani pepuliſſe ſuo; nam gurgite miſto,
Qui præſtat terris, aufert tibi nomen Iberus.

Paulò quippè ſuperiùs dixerat.

His præter Latias acies erat impiger Aſtur,
Vectoneſque leues, profugique à gente vetuſtâ
Gallorum Celtæ miſcentes nomen Iberis.

RHODANVS ARARIM]. amnes ſat noti, de quibus Silius copiosè,

quod vno noſter verſu perſtrinxerat:

Aggeribus caput Alpinis, & rupe niuali
Proſilit in Celtas, ingentemque extrahit amnem
Spumanti Rhodanus proſcindens gurgite campos,
Ac properè in pontum lato ruit incitus alueo
Auget opes ſtanti ſimilis, tacitoque liquore
Mixtus Arar, quem gurgitibus complexus anhelis
Cunctantem immergit pelago, raptumque per arua
Ferre vetat patrium vicina ad littora nomen.

GEBENNAS] montes ſunt, quos Cemmenos Strabo appellat, nos *Ceuennes* medios Aruernos inter atque Heluios, ſeu Viuarienſes. Ridiculi, qui pro Heluiis Heluetios ſomniarunt hoc loco, & Gebennam pro Geneua celebri Allobrogum ciuitate ad lacum Lemanum, ex eo-

que

que erumpentem Rhodanum iam olim conſtructâ acceperunt. Conſule ſis quæ de totâ hac controuerſiâ ex Glareano, Moneto, aliiſque obſeruauimus in calce libri quarti Antiquæ ex Cæſare & Hirtio Galliæ, quæ breui poſt huius libelli editionem vulgabitur.

PICTONES.] Iidem & Pictaui *Poictouins*. Cæterum hic, quatuorque proximè conſequentes verſus deſunt in Griphianâ anni M. D. LI. Et antiquioribus editionibus neque Sulpitio, Omnibono, Beroaldo Badioque cogniti fuere. Primus, quod ſciam, Canterus eos ex MMSS. Codicum tenebris euocauit in lucem, ſed multis deformatos maculis, adeoque intricatos, vt ex iis vix vllus ſenſus elici potuerit, antequam recentiores Æſculapij medicam admouiſſent manum.

TVRONAS] Ita repoſuimus, inquit Hugo Grotius, ex MS. quo vſus Canterus, in quo Turonos,

quæ tamen lectio, ita me Muſæ ament non fuerat ſollicitanda, cum & Turonij nominatim occurrat apud Cornelium Tacitum Annalium libro tertio & corruptum illud Turopij in Tabulis Ptolemaicæ Galliæ ſatis apertè indicet non eſſe reprobandum terminationem Turonos. Adde notitiam Galliæ, Sidonium carni quinto & Notas Tyronis & Senecæ, in quibus legitur ſignatè Turonus, æquè ac Andecauus. Eiuſdem libri MS. fide, pergit idem clariſſimus emendator, hunc verſum illi, in nebulis, præpoſuimus aliquo nunc ſenſu, qui nullus alias.

MEDVANA] vitioſè in quibuſdam codicibus Meduallel nullo, vel perturbatiſſimo ſenſu. Eſt autem fluuius Aulercorum Cenomanorum ſeu Diablintum, ex quibus in Andes defluit, eorumq; præcipuũ amnẽ Ligerim duâbus leucis infra Iuliomagum, quam receptis Sartâ & Ledo interluit. *La riuiere de Mayenne, qui arrou-*

ſe Mayne la Iuhel, Laual, Chaſteau-Gonthier & Angers apres auoir receu la Sarte & le Loir.

ANDVS] malim Andis inquit Hugo Grotius, nam plurale eſt Andes. Verum ſi Santonus placet, cuius plurale eſt Santones, cur repudiatur Andus, licet, in plurali ſæpiùs Andes occurrat, quàm Andi.

GENABOS] Placet Grotiana emendatio: Eadem vrbs, inquit, quæ Genabum aliis, vt facilè genera mutantur in peregrinis vocibus. Ita autem reſcripſimus pro Menabos. Quid verò ſit modo Genabum *Orleans*, an *Gien*, diſputant eruditi, quamquam plures Aureliæ palmam adiudicent quidquid ſuburbanum neſcio quod Genabinum adhuc extare Giennenſes noſtri gloriosè iactitent.

TREVIR] quid aliis Triuir ſeu Triuer.

LIGVR] corruptè in quibuſdam libris Liger, ac vix vllo ſenſu:

quamquam eam lectionem vt probam defendant Sulpitius, & alij. Rectiùs Beroaldus ab amne Varo incipit Liguria, quæ fluuio Macra ſeparatur ab Hetruria, vt Plinius & Mela ſcribunt. olim Ligures nutriebant Comam & capillos; hinc nonnulli Ligurum populi nuncupantur à Plinio Capillati. Dicit ergò Lucanus quòd quondam Ligur capillatus totam Comatam Galliam pulchritudine comarũ antecellebat, quæ à comis Comata denominata eſt, vt aliæ à toga & braccis Togata ac Braccata de Capillatis quoque nonnihil ſingulare obſeruauimus aduerſus Samſoné, de quo aliàs.

TEVTATES] De Teutate ſeu Mercurio, Heſo ſiue Marte, Tarani ſiue Ioue, Ogmio Hercule, Beleno Apolline, aliiſque veterum Gallorum Germanorumve Numinibus non eſt quodquiquam iis addam, quæ plena manu congeſſerunt viri in gloriam æternumque decus patriæ quiſque

ſuæ prognati, Petrus Pithoeus capitibus tertio & quarto libri primi aduerſariorum ſubſeciuorũ, & Philippus Cluverius libro primo Germaniæ Antiquæ per plura capita: Idem quoque V. C. Pithœus ſub finem capitis tertij de Druidibus ſeu Druidis, Bardis, Vatibus ſiue Vatiibus, Eubagibus, Semnotheis, ac Saronidis plura ex variis vtriuſque linguæ ſcriptoribus ſtrictim & ἀκροθιγῶς collegit, quæ nos fortè aliàs accuratiùs pleniúſque, atque opportuniore loco repreſentabimus: vnum tantùm quaſi per tranſennam attingam Saronidas non diſtinctos, vt paſſim volunt, ſed eoſdem cum Druidibus videri: ex Callimarcho quippe, eiuſque græco Scholiaſte, quem modò ad manum non habeo, Heſychio, atque Etymologico majore memini me obſeruaſſe aliàs σαρωνίδας nihil aliud eſſe, quàm annoſas quercus & nonnumquam præ vetuſtate hiantes. Ab iis ergò quidui dictos aſſeramus

Saronidas, vt ἀπὸ τῶν δρυῶν Druidas? ἀλλὰ ταῦτα ὡς ἐν παρέργῳ.

CAYCOS] Cluverius autumat à Lucano & Claudiano diſſoluta diphthongo metri cauſa dictos fuiſſe τρισυλλάβως Caycos ſeu Caücos, qui ab aliis paſſim Scriptoribus Cauci, ſeu Chauci appellantur. Quod verò ad eorum ſitum attinet, certum eſt ex Plinio atque Ptolemæo à ſeptentrionibus Oceano cinctos fuiſſe inter Amiſiam atque Albim, medioque Viſurgi amne diuiſos in Minores Majoreſque. Neque tamen propterea exprobranda videtur Poëtæ noſtro Poëtica licentia, vt facit his verbis citatus Cluverius capite decimo octauo libri tertij Germaniæ Antiquæ: Nam neque Rhenum accolebant Chauci, neque ad eum val latrocinando vel bellando vnquàm peruenerant: nec veri eſt ſimile ipſum vnũ inter tot antiquos ſcriptores rectiùs tenuiſſe gentis nomen. En quo calũniandi præpropera prurigo tranſ-

verſos agit doctos etiam homines! quo vitiò præcæteris laborauit Cluverius importuniſſimus veterum ſcriptorum caſtigator. Annon rectè quis dicat oppoſitàs eſſe à natura Alpes arondis ab Italia Cenomanis atque Senonibus, licet non ad ipſas Alpium radices, ſed multis procul leuuis ac paraſaugis intima Galliæ incoluerint? Neque verò Friſios tantùm, Marſos, Cattos, Sigambros, Vſipios, alioſue Rheni propiores accolas ſubmovebant diſpoſitæ ad Rhenum, aut cis eius ripam in Belgica Romanorum cohortes, ſed Germanici generis nominiſque gentes omnes ad Septentrionem longè latéque diffuſas objectis caſtris hiberniſque munitiſſimis à Galliæ aditu ac depopulatione prohibebant. Atque hæc vindicandi Annæi noſtri gratia dicta ſunto: Vindicias quippe ſecundum veteres omnis elegantiæ principes aduerſus Cluverium, ſimileſque παλαιομάστιγας in hiſce, quas fauſtis auibus aggreſſi

ſumus, Geographicis Galliæ noſtræ Illuſtrationibus imposterum perſequemur.

EXERCITATIONIS Geographicæ, qua nihil in Scholis Humanitatis ac Rhetorices excogitari poteſt aut fructuoſius, aut iucundius, aut ad pompam ac ſplendorem magnificentius, ſiue per crebras interrogatiunculas & reſponſa, ſiue per continentem Catalogorum ac Indicum ex Cæſare, Ptolemæo, Lucano explicationem, ſiue alio quocumque modo, qui mihi plurimus menti modo occurrit, leges varias ac præcepta ſancire breuiter ſummatimque decreueram, verùm ne meliùs perpenſa id ſedulorum Magiſtrorum induſtriæ ac diſcipulorum ſagaci feruidoque ad ſimiles in vmbra & puluere pugnas ingenio permittendum eſſe ſatius iudicaui. Tu verò quiſquis hæc legis, nobis benè adprecare, tenueſque licet conatus noſtros tui iuuandi cauſa ſuſcepros æqui bonique conſule.

& quæ me abſente irrepſerunt in primam hanc editionem menda, ſi leuia ſint, neque ſenſum peruertunt, excuſa, aut tute ipſe corrige; ſin grauiora ſint & alicuius momenti, hoc cautior factus Indiculo, obſerua atque elue, ne Operarum peccata, vel antigraphi non ſatis concinnam apertamque ſcripturam, carpendi auidus in me vltrò conferas.

FINIERAM, cum ecce nouum ſe mihi offert ſcribendi argumentum. Aiunt Gallicam Commentariorum, Cæſaris interpretationem à Blaſio Vigenereo Boio ſub finem ſuperioris ſæculi adornatam à pluribus vulgò legi ac probari; eiuſque Explicationem Geographicam magni fieri ab iis, qui è turbidis riuulis haurire malunt, quàm ex limpidiſſimo Antiquitatis ac Humaniorum literarum fonte, eamque adeò paſſim in Scholaſticis prælectionibus & litteraria exercitatione incautis adoleſcentibus obtrudi; proinde facturum me operæ

pretium non vulgare adiiciunt; ſi quæ in percurrendo illius Indice Geographico à veritate procul, noſtriſque, ac eruditiorum hominum conjecturis aberrare annotaui, vno, alterove verbulo, in breuibus hiſce ad Pharum Antiquæ Galliæ Prolegomenis, planè aperiam; vt abſterſis næuis omnibus pulchrior vultus appareat præſtantiſſimi Scriptoris.

ADVATICI, *ceux de Bosleduc, ou d'Anuers*: neutrum benè. Agendicum *Prouins, ou Milli en Guaſtinois*: vtrumque falſum. Alexia *il doute ſi ceſt Alize prés de Flauigny, & encline à Auxone.* Amagetobria *en la vallée d'Auxois vers Montbelliard.* Ambarri *Charolois*, Ambibarij *Ambie vers le mont* S. *Michel.* Ambibareti *Brabant, ou Anuers.* Ambuareti *ceux d'Ambrun en Dauphiné, anciennement vaſſaux de ceux d'Autun.* Quis credat? Aquitania malè redditur *Guyenne*, quæ cis Garumnam porrigitur. Aremici, *ou* Arecomici

Armagnac, ou Auranges: neutrum benè. Armoricæ ciuitates *le Duché de Bretagne.* Aulerci *Roüen.*

BELGIVM *la Gaule Belgique, ou Bauay en Haynault*: vtrumque procul à vero. Bellocaſſij *Bayeux en Normandie.* Berracte *Beaune en Bourgongne.* Bibrax *Breſne, ou Bray en Rethelois.* Bigerriones *Bigorre en la Comté de Foix, ou en Bearn*: vtrumque falſum, fuerint enim tres diuerſi Comitatus ſeu præfecturæ. Boia *le pays de Bourbonnois.* Brannouices *ceux du Val de Morienne.* Brannouij *ceux de Briançon* Bratuſpantium *Clermont en Beauuoiſis, Beaumont ſur Oyſe, Granviller, ou Gratepance.*

CADETES *Chateaubriant*: Cæreſi *Namur.* Caletes *Calais & le païs d'alentour*, quæ abſurdiſſima eſt alucinatio. Catuaci *Douay.* Condruſi *vers Maeſtrich & Aix la Chapelle: ou Iuliers & Limbourg vaſſaux des Trienois du temps de Cæſar, à ce*

qu'il dit.

DIABLINTRES *Leondoul en Bretagne.*

ESSVI *le Beſſin prés de Bayeux, ou la Comté d'Eu en Normandie.*

FLVSTATES *la Comté de Foix.*

GABALI *Gap, ou pluſtoſt Lodeue*; quod vtrumque ridiculum. Garites, *Agenez ou Lectoure*. Garoceli *le Val de Morienne*: quam tamen vallem iam aſſignarat Brannouicibus. Garûna *la riuiere de Garône, Gironde, Dordonne*. Garumni *les Garomnois*, *habitans le long de ce fleuue*. GENABUM *Gien, ou Gergeau*. GERGOBINA *ou* GERGOBIA *Moulins en Bourbonnois, ou Montluçon, ou Nery les Bains*. GORDUNI *Gand* GRUDIJ *prés de Louuain.*

HARVDES *Conſtance ſur le lac ou le Rhin paſſe*. Heleuteri *Viuaraiz*. Heluij *Albigeois.*

ICIVS portus *Calez*. Iura *le mont du Ioug, ou Iurat, de Sainct Bernard, Sainct Claude Pierreport*: videtur Iuræ imponere Alpes Pœninas,

Graiaſue.

LATOBRIGI, *ceux de Clacki voiſins de Baſle de là le Rhin.* Lepontij *les Griſons.* Leuaci, *Louuain.* Leuci *Lorraine.*

MANDVBII *l'Auxois ſur les frontieres de la Comté de Bourgongne, ou eſtoit Alexie, non gueres loing d'Auxonne.* Menapij *Ceſar les ioint ordinairement auec les Theroüennois, ie ne ſçai pas comme cela peut conuenir, car il y a plus de cinquante lieües des vns aux autres.* Metioſedum *autremẽt* Ioſedum *Corbeil ſur la Seine.*

NANTVATES *Nantua ſelon quelques vns.* Nemetocerna *n'a pour le iourd'huy point de nom.* Nitiobriges *le pays d'alentour de Niſmes, Montpellier, & Vzez.*

PÆMANI *Luxembourg, ou pluſtoſt Lambourg.* Preciani *Bearn & Bayone, ou les Precins.*

SAMAROBRINA *Sainct Quentin, ou pluſtoſt Cambray, que les Italiens encore pour le iourd'huy prononcent*

Sambrein. Scaldis *Scalde, de peur, à ce qu'il dit de s'y eſpiner les doigts, s'il traduiſoit auec le vulgaire la riuiere de Leſcaud.* Verum de Scalde ne verbum quidem apud Cæſarem, cum Sabis legendum ſit, vt docuimus manifeſtiſſimis argumentis. Ratio eius nulla eſt, quâ probat Seguſianos non bene reddi à quibuſdam *Suze qui eſt au bas du mont Cenis par de la le Noualeze* aut idem probat de Ambuaretis Brannouicibus & Brannouijs. Seduſij *ou* Sebuſij *Vveiſſembourg entre Strazbourg & Spire* Segni *il dit qu'il a tourné par aduis de pays Lambourg:* Atqui iam bis illi⁹ loci meminit Seſuuij *Exiſnis en Bretagne.* Sibutzates. *Leſtoure à toutes aduentures* Sontiates *ceux de Lauedan, à cauſe des bons cheuaux qui ſont en ces quartiers-là.*

TARBELLI *Tarbe en Gaſcongne.* Taruſates *Turſe en Gaſcongne prés de Bearn.* Tectoſages *Languedoc.* Et ſi tantum partem occuparint Tauro-

entium ſeu Tauroïs *Toulon prés Marſeille ſur le bord de la mer*. Triboces *Strazbourg ou Argentine prés du Rhin, la riuiere de la Biſche paſſe à trauers*. Tullingi *Stulingen voiſins de Baſle de la le Rhin*.

VATVCA *Chaſteau qui s'appelle Vatugue à demie lieuë du Liege en vne plaine haute, ou Hertzo-Rodt entre Aix & Iuliers*. Venetia *Vannes*. Verocaſſes *le pays de Hainault contigu aux Vermandois*. Quid abſurdius? & vbi Neruij? Vnelli *le pays du Perche, ou pluſtoſt Laual*. Vocates *Baſaz en Gaſcongne ou Bigorre*. Vocontij *Vocontiens en Dauphiné*. Volſcæ Arecomici *Auignon, Aurenges, Armagnac il a raiſon de dire que tout cela eſt brouillé*. Vxellodunum; *on le prend pour Cadenat en Quercy*. Atque hæc ex Indice non bene longo collecta ſufficiant, quæ ſi quis cum breuiſſimo noſtræ Phari Antiquæ Galliæ ſyllabo, aut cum ingra, quæ paulò poſt ſequetur, ex

Cæſare, aliiſque Galliâ Antiquâ, ad Ptolemaicæ deſcriptionis regulam exactâ, conferre per otium voluerit, intelliget profecto, quid diſtent, vt ait ille, æra lupinis. Dediſſem quoque hoc loco catalogum Veterum Recentiorumque Scriptorum, qui in quadruplici noſtro Indice citantur illuſtrantur, notantur, caſtigantur, niſi monuiſſet Typographus alteri id editioni reſeruandum, tollendamque aliquando manum de tabulâ.

FINIS

Conſonantes N. L. aut qq. (id eſt non liquet, & quibuſdam) interpretationi Gallicæ additæ declarant, aut rem non eſſe nobis planè compertam, aut profertam ab teſtibus, non omni, vt aiunt, exceptione majorib⁹, & quibuſcum in tantis tenebris micare tutum non ſit.

PHARVS GALLIÆ ANTIQVÆ.

PRIMA PARS.

POPVLI, GENTES, PROVINCIARVM INCOLÆ.

A.

ABRINCATVI, Abrincates, Abrincatenſes in Notitiâ Prouinciarum Galliæ & alibi: *Dioceſains & peuples d'Avranches ſur la mer en baſſe Normandie prez du mont Saint Michel.*

ADVATICI vulgò confunduntur cum Tungris ſeu Eburonibus, ſed perperam. Nonnemo in recentatâ ſuę Galliæ explanatione, quam hac die XXIV. Octobris anni M. DC. XLII. primùm percurrimus, vertit: *Comté de Namur*, eorumque oppidum *Namur ſur l'emboucheure de la Sambre dans la Meuſe*. Sanior eſt Cluuerij ſententia libro ſecundo de Germaniâ antiquâ: *les habitans d'vne partie du Hainault, Brabant, & des Comtés de Flandres & Namur entre les riuieres de Dender, l'Eſcault, Sambre & Demer.* vide noſtrâ ex Cæſare Galliam.

ADVNICATES: *Peuples de la Gaule Narbonnoiſe.* Qui vocentur hoc tempore ingenuè fateor mihi nōdum ſat liquidò conſtare.

ADVRENSES: vide Aturenſes.

ÆDVI: *Bourguignons de la Duché, Dioceſains d'Autun, & du temps de Cæſar, de Chaalons, Maſcon & Neuers.*

AGATHENSES: *Dioceſains*

d'Agde au bas Languedoc.

AGENNENSES: *Païs d'Agenois, Diocesſains d'Agen en Guienne.*

AGESINATES Pictonibus iuncti olim, ſeu, vt legendum contendo, Ageliſinates, aut Aqueliſmates: *Angoumois, Diocesſains d'Angouleſme ſur la Charente.*

AGRIPPINENSES iam ab æuo Cornelij Taciti, vt patet tum ex libris Hiſtoriarum tum ex ſingulari de Germaniâ libello, libentiùs ſui conditoris nomine vocabātur. vide Vbij.

ALBENSES: *Diocesſains d'Albs puis Viuiers, peuples du Viuarais* Scaligerum aliàs perſpicaciſſimum decepit vocū affinitas dum *Aubenas* reddidit in notitia Galliæ & Auſonianis lectionibus.

ALBICI, Albiees, albioeci, iidem enim mihi videntur ſub diuerſo vocum cortice, *Peuples de Prouence qui demeuroient dans les montagnes au deſſus de Marſeille, nommément ceux du Dioceſe de Riez.* De origine vocis

vide Cluverium in ſua vindeliciâ. Errant qui ad ſolos Reïos reſtringũt.

ALBIENSES ſeu albigenſes: *Albigeois, Dioceſains d'Alby.*

ALLOBROGES: *Sauoyards & Daufinois, iuſques à l'emboucheure de l'Iſere dans le Rhoſne, peuples de Sauoye & Dauphiné* eos in cis-montanos & trans-montanos quidam diuidunt, ſed ea apud veteres non occurrit diſtributio.

ALSATII, Aleſatidues vox recentior. Vide Tribocci.

ALPIVM Grajarum & Penninarũ Prouincia; *Dioceſains de l'Archeueſque de Tarantaiſe & de ſes Suffragãs.*

ALPIVM Maritimarum Prouincia: *Dioceſains d'Ambrun & de ſes ſuffragans.*

ALPINI populi. Vide Inalpini.

ALTISSIODORENSES. Vide Antiſſiodorenſes.

AMBARRI Æduorum clientes vulgò: *Dioceſains de Maſcon ſur la Saone, pays de Maſconnois & Cha-*

rolois. qq. *ceux du Niuernois*, *du Moruant ou Maruant* Villonouano ex Pauli Æmilij hiſtoria apud Ortelium *Pays de Berry* abſurdiſſimè; tantine eſſe debuit inanis ac lubrica ex ſolà vocum alluſione hauſta conjectatio?.

AMBIBAII, qq. Vt Moneto, *Contantins*, *ceux du Coutantin*, *Oüinets, Normands deuers la Haque en baſſe Normandie par delà l'vn & l'autre Vé.* Verum hanc vocem expungunt merito eruditiores Geographj. Vigenereo *Ambie prés S. Michel.* Sed quis amabo modus, ſi fræna leuibus coniecturis laxanda.

AMBIANI, Ambianenſes: *Diocesains & peuples des enuirons d'Amiens en Picardie plus par delà la ſomme qu'en deçà.*

AMBILATRI Plinio *quelque peuple de l'Aquitaine*: Quis N. L. Pinetus exponit *ceux d'Auranches* recentior Chalcographus *ceux d'Albret.* Tu, vt lubet

AMBILIATES, ſeu Ambialites: *peuple de Bretagne. qq. Dioceſains de ſainct Brieu, peuples de Lambal & des enuirons.* Ego vero ſolemne meum hic quoque pronuntio N. L.

AMBINARITI ſeu Ambinareti Ortelio & Diuæo *ceux d'Anuers*; nec multum abludit Beranus: Moneto quoque *les peuples du Brabant en General*. Quem errorem doctè conuellit Cluuerius, docetque comm. III apud Cæſarem legendum Aduaticos, quorum agri, quâ reliqua Brabantiæ pars ad læuam Demeræ ripam ſternitur, ſunt fertiliſſimj. Alij quidem ſunt Ambiuareti ſeu Ambruareti Commẽtario ſeptimo quos quidam Niuemenſes putant, alij vero infeliciter in Ambarros vertunt, vt docuimus in noſtra ex Cæſare Galliæ Antiquæ Pharo.

AMBIONES, vnde Ambronius vicus vnus è quatuor Helueticis, dicti è flumine Ammâ quod olim

accoluere.

ANAGNVTES, ſeu vt nonnemo legit, Agnutes : *peuples d'Aquitaine chez Pline.* Recentior ille cui nihil inauſum, nihil intentatum, interpretatur *ceux du pays d'Aulnis en Xaintonge*, mihi N. L. neque enim ex eorum numero eſſe velim, quib⁹, nil intra eſt oleã; nil extra eſt in nuce duri.

ANATILI, quos corruptè apud Melam Anaticos dici quidam non improbabiliter ſuſpicantur: *Peuples de la Crau entre la mer de Marthegue & le Rhoſne* in rebus autem eiuſcemodi malim potiùs eruditorum audire iudicium, quam meum expedire.

ANDES, Andicaui, Andegaui: *Dioceſains d'Angers, Angeuins peuples d'Anjou.*

ANTISIODORENSES. V. Autiſſiodorenſes.

ANTIPOLITANI : *Dioceſains d'Antibe en Prouence Eueſché tranſporté depuis á Graſſe.*

ANTOBROGES vox nihili.

vide Nitiobriges.

ANTVATES, Antuatij qq. *Chablaiſiens en Sauoye, peuples de Chablais, Gaillard & Tern.* qq. *Pays de Aelen & de Vaud pres de ſainct Maurice au dela du Rhoſne quand il approche du lac de Lauſanne.* Nãtuates videtur cum iis, confudiſſe Cluverius, quemadmodum & Scaliger, qui hic bile tumet.

APOLLINARES. Vide Reij.

APTENSES: *Dioceſains d'Apts en Prouence.*

AQVENSES in Salyis: *Dioceſains d'Aix en Prouence.*

AQVENSES in Nouempopulis: *peuples d'Acqs ſur l'Adour en Gaſcongne.* quàm ſolemniter ineptiant, qui vertunt *Bayonne*, monemus alibi.

AQVENSES Vicani apud Scaligerum in Auſ Lect. cap. VI. libri primi ex Antiquâ inſcriptione in Bigerronibus: *Bagneres en Bigorre aux pieds des Pirenées.* Ciuitas Aquenſium *Acqs* quod in Tabel-

lis ſit Tarbellicæ Aquæ : iſtud vero oppidum quod vicus eſſet Vicani Aquenſes dicti, inquit magnus ille Criticorum Dictator.

AQVITANI primæ, ſecundæ & tertiæ Prouinciæ Aquitanicæ *Dioceſains des Eueſchez Suffragans des Archeueſques de Bourges, Bourdeaux & Euſe du depuis a Auſch.*

AQVITANI Anguſtiùs ſumpti, atque vt erant ante Auguſti Cæſaris tempora: *les peuples enclos entre la Garonne, les Pyrenées & la mer Oceane.* Neque verò Aquitaniæ, ſeu Aquitanici Parlamenti, aut Seneſchallinatus, *Guienne* appellant, priſca eſt origo : quâ de re conſule ſis notitiam Scaligeri.

AQVITANI Strictiſſimè ſumpti ſolos Aquenſes Tarbellicos deſignant: hinc illud Auſonij, ſtirpis Aquitanæ mater tibi &c. nonnemo tamen recétior interpretatur *peuples d'entre deux mers c'eſt a dire entre la Garonne & la Dordongne iuſques à*

leur ionction; verùm huius decreta tranſeunt fabuloſam Britanniam.

ARAVSICI: *Dioceſains d'Aurange au Comté de Venaixin.*

ARDYES populos quoſdam locat Polibius in Septentrionali Vallis Penninæ parte, forte vbi nunc vicus *Arnen*: nihil tamen temerè affirmandum.

ARECOMICI Volcæ: *peuples du Languedoc depuis l'Eiraud iuſques au Rhoſne, nommement aux enuirons de Niſmes.*

AREMORICI ſeu Armorici vulgaris notæ Geographis & ſciolis aſſumuntur tantùm pro Britanniæ minoris incolis ſeu Britonibus: *peuples de la haute & baſſe Bretagne, Bretons Gallots & Bretons Bretonnans.* Verum tùm Armorican⁹ tractus tùm Cæſar, Plinius, aliaque multa contrarium ſuadent, quæ pluribus aliàs, videſis Cluverium libro 1. ſuæ Germaniæ, qui tamen cum ardentiùs Bodinum inſequitur, aliquoties im-

pingit.

ARELATENSES : *Dioceſains d'Arles ſur le Rhoſne en Prouence.*

ARGENTORATENSES : *peuples de l'Alſace, Dioceſains de l'Eueſché de Strazbourg.*

ARVERNI: *hauts & bas Auuergnacs, Dioceſains de Clermont & de Sainct Flour en Auuergne.*

AROBII P. Moneto *Alanſonnois, ceux des enuirons d'Alençon ſoit en Normandie, ſoit au Perche.*

ATACINI in quibus Narbo colonia : *Languedociens proches de Narbonne arrouſez de la riuiere d'Aude*: vnde dict⁹ Varro Atacinus.

ATREBATES, Atrebatij : *Dioceſains d'Arras, peuples du Comté d'Artois.*

ATVATICI, Vide Aduatici: vocabulum Atuæ huc non ſpectat.

ATVRENSES, Atyrenſes : *Dioceſains d'Aire en Gaſcongne.*

AVANTICI, quos cum Ebroduntiis formulæ adjecit Galba teſte

Plinio, N. L. an Brigantici! an ab Auantico Sequanorum ſeu Heluetiorum vrbe? an Anatilj? verum non tanta mihi diuinandi libido.

AVARICENSES. Vide Bituriges Cubi.

AVENNICI: *Diocesains d'Auignon, peuples d'vne partie du Comté de Venaiſſin, terre du Pape entre la Prouence & le Languedoc.*

AVATICI. Vide Anatili: Sic enim legendum contendunt quidam apud Melam, Plinium, alioſque, ſed hæc paucis in anteceſſum, reliqua expenduntur accuratiùs, tùm in Noſtra Galliæ antiquæ Pharo, tum in ampliori Geographico Theſauro.

AVGVSTENSES in Salaſſis: *Diocesains d'Aoſte tirant en Piemont au deſſus de l'entrée des montagnes du grand & petit ſainct Bernard.*

AVLERCI, prænomen videtur Cenomanorum, Diablintum & Eburaicorum, quos vide ſuis locis: neque enim refellendos hic putem,

qui

qui *Roüen Orleans* aut quid ſimile reddunt.

AVRELIANI: *Orleanois, peuples du Dioceſe d'Orleans, autresfois compris dans le pays Chartrain, au moins par de la Loire tirant vers Paris, car ce qui eſt en deça vers Bourges appartenoit au Berry du tẽps de Iules Ceſar.*

AVSCII, & recentiori corruptoque vocabulo Auxitani: *Dioceſains d'Auſchs en Gaſcongne, peuple du Comté d'Armagnac.*

AVSTRASII, Neuſtrij, Burgundi Cis-iurani & Trans-iurani, ſimiliaque nomina veteribus ante Clodouæi æuum incognita, omittuntur hic conſultò à nobis.

AVTISIODORI vel Autiſſiodorenſes olim Senonibus iuncti: *Dioceſains d'Auxerre, peuple de l'Auxerois, enfermé maintenant dans la Duché de Bourgongne, du temps de Ceſar compris ſous les Senonois,*

AXONES populos apud Lucanum

libro primo ſolerter tranſmutauit in Sueſſones V. C. Hugo Grotius, quæ mihi lectio ſemper arriſerat.

B.

BAIOCASSES: *peuple du Beſſin Diogeſains de Baieux en Normandie.*

BASATES. Vide Vaſates.

BASABOCATES, vel Baſoboates fortè: *peuple voiſin du Bazadois & Capdalat de Buſch* ficto ex Baſatibus & Boatibus vocabulo. Nihil porrò hâc de re vehementer affirmo, vt qui probè meminens ſim me incedere per ignes ſuppoſitos cineri doloſo.

BASILIENSES. Vide Rauraci.

BATAVI, de quibus tam multa Cluverius: *peuple de Hollande, Hollandois enfermés entre les bras du Rhin depuis le fort de Schein iuſques à l'Ocean.*

BAVIENII, Baſſigneij, Blæſij, Brabanti, Brigenſes, Belieenſes, ſi-

miliaque Populorum nomina priſcis incognita præterimus,

BELENDI: *quelque peuple d'Aquitaine.* Samſoni *les Landes* quæ tamen vox Gallica non populum, vt patet, aut pagum aliquem ſonat, ſed regionem ſat amplam, quam bellè deſcripſit Sidonius.

BELGÆ laxius accepti, vt primam ac ſecundam Belgicam & vtramque Germaniam complectuntur, nam de Maximâ Sequanorum & Heluetiis non idem omnibus ſenſus: *Peuples eſtendus depuis les riuieres de Marne & de Seine iuſques au Rhin & à la grande mer Oceane.*

BELGÆ Strictiùs ſumpti apud Cæſarem pro peculiari populo Belgicæ, eam partem, que proprie Belgium dicebatur, incolente, & à quo vicini fortè populi omnes dicti Belgæ, vt ab Aquenſibus Aquitani, & ex Strabone à Celtis Prouincialibus reliqui Celtæ; ſi Monetum audias *vrais Flamands, habitans de la Com-*

té de Flandres minùs accuratè ; ſi Cluuerio fides, qui BELLOUACOS ſeu Beluacos, BELGACOS, BELGAS, (vix enim diuerſa ſunt nomina) interpretatur : *peuples du Beauuoiſis, qui s'étendent depuis la riuiere d'Oiſe iuſques à la mer entre Dieppe, Eu, & Sainct Valery en Vimeu ſur la Somme.* Samſon Bellouacis Atrebates & Ambianos coniungit : quid nitiam Caletos Velocaſſes, Sueſſiones & Veromanduos ? Vide Cluverium. Ego enim hic ſpatiis includor iniquis plura totâ de controuerſiâ hâc inter eruditos celeberrimâ in noſtris Antiquę Galliæ ex Cæſare obſeruationibus vbi ex profeſſo & aliorū opinationes validè confutauimus, noſtramque argumentis corroborauimus.

BELLOCASSES. Vide VELOCASSES : minùs enim ſcitè Ioſephus Scaliger aut quiuis alius nomēclatoris Geographici auctor ſeu interpolator monuit apud Cæſarem BELLOCASSES pro BAJOCASSIIS poſitos fuiſſe.

BELLOVACI, Beluagi aut Belgaci : *Dioceſains de Beauuais, peuple du Beauuoiſis en Picardie.*

BENARNENSES : *Dioceſains de Leſcar peuple de la Principauté de Bearn* : Benarni Plinio ex coniecturâ clariſſimi Præſidis.

BERCORCATES : *quelque peuple de l'Aquitaine.* Anonymo apud Ortelium, vbi hodie viculus *Beaulieu* dictus ; Samſoni *vers Orthés,*

BETASII poſtea dicti, qui priùs Aduatici vt docet Cluverius : B. Rhenano *Peelanders en Brabant*: Diuæo quoque vicus haud procul Halis Brabantiæ oppido *Beets* nomine At de ijs plura in noſtrâ ex Plinio Galliæ Antiquæ Pharo.

BETERRENSES, ſeu Biterrenſes: *Dioceſains de Beziers au bas Languedoc.*

BIBRACTII Autricij quemadmodum Bimares volcæ Cimbroceltæ Cimbrobelgæ & Delfinij nomina ſunt conficta à recẽtiori Galliæ Geo-

grapho.

BIDVCESII, Biducaſſes ſeu Viducaſſes P. Moneto : *Dioceſains ou peuples de la coſte de Sainct Malo, Dolois, Maloüins.* Samſoni vero *Dioceſains de Baieux en Normandie:* cui libentiùs ſubſcripſerim.

BIGERRI, Bigerriones : *peuple du Comté de Bigorre en Gaſcogne, Bigorreins, Dioceſains de Tarbe.*

BIPEDIMVI : *quelque peuple au petit canton d'Aquitaine.* Samſoni *vallée de Bidaſche*, vnde vnde id fuerit ſubodoratus.

BISVNTII. Vide Sequani, & Veſoncienſes.

BITVRIGES liberi qui Cubi appellantur ; *Dioceſains de Bourges, peuple de Berry, vrays anciens & originaires Berruiers* : penes quos Priſco Tarquinio Romæ regnante, Celtarum, quæ pars Galliæ tertia eſt, ſumma Imperij fuit : Ij Regem Celtico dabant : Is tùm erat Ambigatus &c. Livius libro V. Decadis primæ.

BITVRIGES Viuiſci ſeu Vibiſci, BITURIGES profectitij, & inter Aquitanos ſtictè ſumptos, ſeu Tranſgarumnanos, aduenæ : *Dioceſains de Bourdeaux, peuple du Bordelois, Berruiers d'auanture & de Colonie tirée de l'ancien Berry*, quid quid nuperus ſcriptor, aliàs eruditiſſimus, contra Doctorũ omnium præſertim Vineti Scaligeri, Caſauboni, Merulæ, Moneti, quid enim plures huc congeram ? imo ipſius Strabonis ſententiam in Gallico opere nôſtratibus Cubis, quos quater quinquieſve immerito vellicat, gloriá hanc inuiderit

BOATES, BOIATES *peuples du Capdalat de Bucſch, ceux deuers le Cap & Teſte de Buſch par delà le Medoc & Bourdelois iuſques aux confins des Tarbelliens.* Errant qui cum BAJONENSIBUS confundunt.

BOII; vox enim BORBONIORUM recentior : *Bourbonnois maintenant deça & delà la riuiere d'Allier* : planum verò facimus olim, a primá ori-

gine BOIOS eam tantum incoluiſſe regionem, quæ Æduis obnoxia à ligeri ad Elauer porrigitur.

BONONIENSES : *peuples du Boulenois en Picardie.*

BRANNOVICES, Brannonij ſeu Blannonij eos enim terminatione vocis dumtaxat, non regione ſituque ab inucem ſecerno P. Moneto dicuntur: *peuple de Breſſe & de Beugé depuis le conflans du Doux dans la Saone iuſques vers Geneue & le Rhoſne:* quod ſanè probabilius eſt, quam quod Maclianus, Pingonus, Vigenereus: *peuples de Morienne & de Briançon:* qui ſanè procul diſſiti ab Æduis, quorum clientes dicuntur. Ego vero cum Ioſ. Scaligero in Nomenclatore Cæſaris nō verebor adſcribere, ignorantur; niſi forte quis Cabilono Brannouices, Matiſconi Ambarros ſubiiciat.

BRIGANTIANI Brigiani Brigantici fortè : *ceux de Briançon* fortè *ceux de Bregents voiſins du lac de*

Conſtance.

Brianni Cluverio, britanni vulgò apud Plinium : *ceux du Ponthieu depuis Rue iuſques au Crotoy.* Ortelius non ſatis commodè ad Rheni oſtium locat : *Thuys te Britten.* Ego, ſi quid coniecturæ permittendum bimanni aut Vimani legerem *pays de Vimeu*, Vinenacus ſeu Vimacus pagus dicitur rerum Franciſcarum recentioribus Hiſtoricis.

Britones, nomen Auſonio, Iuuenali, Martiali vſurpatum quidem, at non eâ, quæ modo apud nos viget, ſignificatione.

Bvrdegalenses : vide bituriges vibiſci.

C.

Cabellici, vel cauallici : *Dioceſains de Cauaillon dans le Comté de Venaixin.*

Cabillonenses, ſeu caualloneſes : *Dioceſains de Chalons ſur Saone au Duché de Bourgongne* olim

ſub Æduis.

CADETES, non alii mihi apud Cæſarẽ quàm Caletes. Quidni enim inter ARMORICOS cenſeantur? aut ſi diuerſi, certè non conſtat quinam modo ſint. Quod verò ad Straboñe ſpectat, ſi qui apud eum Cadeti ij BAIOCASſes non fuerunt.

CADVRCI: *Diocesains de Cahors, peuple de Quercy.*

CÆRESI vicini Eburonibus, cõdruſis, Segnis & Pœmanis: *petit Canton des Ardennes*: Vigenereo *Namur:* Huberto Leodio Ripenſes, vbi ad Moſam arx *Cerey*. De eorum origine atque appellatione Germanorum plurima dabit Cluverius.

CAICI ſeu Cayci ad Germaniam pertinent.

CALETES, caletæ: *peuple du païs de Caux en Normandie par delà la Riuiere de Seine, & peut eſtre encore quelque peu par deçà ſi nous ne voulons dementir Ptolomée, Cauchois ou Cauxois* Ridiculè quidam in pa-

triâ ſuâ hoſpites ac peregrini *ceux des enuirons de Calais & des Comtés de Guines & d'Oyſe.*

CALCIACI : quos ex Tacito profert Iunius, & *Calkar* Cliuiæ vrbem exponit, exploſi ſunt ab eruditis, vt etiam Caracates, pro quibus rectè ſubſtituit Nemetas Cluverius.

CAMATVLICI, pars Salyorum, vbi Cithariſtes portus. Errant qui Maſſiliam in agro Camatulicorum collocant : quanto magis, qui vertunt *la Camargue*. Meliùs Samſon *vers Saint Tropez.*

CAMARACENSES: *Dioceſains de Cambray peuple du Cambreſis.*

CAMBOLECTRI quo nomine D. Samſon à Plinio donatos vult Heleuteros ſuos, hoc eſt ſi Superis placet, Albigenſes, mihi prorſus ſunt incogniti, quemadmodum & Cambolectri cognomento Atlantici, quos idem docet fuiſſe, qui *vers Lautrec* habitant, quorum pagus Cononienſes *la Caune.* Ego verò ἐὼ οἷς μὴ

φρονῶ σιγᾶν φιλῶ.

CAMPONI : *quelque petit village ou canton d'Aquitaine vers Campan* deſignat recentior Chalcographus in explicatione Tabulæ ſuæ æneæ *au deſſus de Lourde* quam male lapurdum appellat,*entre la Bigorre & Comenge.* Ego ſolemne meum hic libens vſurparim, ne quid temere & N. L. At Campaniæ nomen, vbi Remi & Catelauni, primo apparet apud Gregorium Turonenſem, qui Clodouæo noſtro poſterior eſt.

CANINEFATES Batauorum inſulæ partem habitant auctore Tacito, vt Cluverius ſecutus opinionem Ioannis Stellæ contra Iunium alioſque probat validiſſimis argumentis: *Kennemerlander* B. Rhenano, *de Belune* Henrico Aquilio ait Ortelius. At laudatus Cluverius circa Traject-VVordaim locat. Fruſtra ergò eſt recentior ille Galliæ Geographus, qui interpretatur *Zelandois, peuples des Iſles de Zelande aux Pays bas* ſed hi

Taxan

Taxandri ſeu Toxandrj ſunt eruditioribus ex Plinio.

CANTABRI aut ad Galliam non ſpectant, aut leuiter ſtringunt, ſiquidem Tarbella ſit Pyrene: quos enim appellamus cis-Pyreneum *Baſques*, ij Tarbelli ſunt antiquis, aut Lapurdenſes dicti.

CAPERTINI Agri in quibus Maſſilienſes Commanum Regem Sego-Rejorum interfecerunt apud Iuſtinum lib. 43. *Cabriez en Prouence.* Si qua fides habenda ſit Simoni Bartel in Hiſtoria Nomenclaturâ Regienſium Antiſtitum.

CAPILLATORVM plura genera fuerunt ad confinium Liguſtici maris: *peuples des Alpes voiſines de la coſte de Gennes, qui portoient de longs cheueux à la mode des Celtes cheuelus*: vnde verſus Lucani: ex quo patet inſigniter hallucinatum recentiorem illum, qui in expoſitione ſuæ tabulæ ad ſolos Glannatenſes reſtrinxit: *ceux de l'Eueſché de Glan-*

dene.

CARACATES: vox nihili iam fuit ex Tacito expuncta.

CARCASSONENSES non apparent in antiquis Notitijs.

CARNOTI, Carnutes: *Dioceſains de Chartres*; (*Orleans y eſtoit auſſy compris autrefois*) *peuples du païs Chartrain & Beauſſe.*

CARPENTORACTENSES: *Dioceſains de Carpentras au Comté de Venaixin.*

CASTOLOGI ſeu Catoſlogi aut Caſtulogi mihi de ſolo noti nomine: Cluverius Ortelium arguit, quod *Caſſel*-interpretatus fuerit.

CATVELLANI, Catalauni: *Dioceſains de Chaalons ſur Marne en Champagne du temps de Ceſar compris ſous les Remois.*

CATVACI, ſeu Caduaci in vnico duntaxat commentariorum Cæſaris loco apparent; vndè meritò exciderunt iudicio & cenſurâ Scaligeri, Divæi & Cluverij. Vide Aduatici.

Marlianus & alij apud Ortelium putarunt eos eſſe qui Duacum *Doüay* habitant, contra autem P. Monetus: *peuples du Duché de Luxembourg*, cùm tamen regionem eam obtinerét Treviri Remis, vt ſæpe docet Cæſar contermini.

CATVRIGES qq. *Dioceſains d'Ambrum capitale des Alpes maritimes, Ambrunois, Briançonnois, Seſanois & Chaumontois*, nomen vetus aliquâ inflexione retinent in oppido *Charges* inquit Simlerus. Sãſoni *ceux de Gap*.

CAVCHOS ſeu Chaucos à Galliâ procul ablegat Cluverius libro III.

CAVARES, Cauari ſtrictè & anguſtè: *Peuples le long du Rhoſne depuis le conflans de la Dione iuſques à celuy de la Durance, ou ſont les villes de Cauaillon, Auignon, Aurange, Montelimart &c.* latiùs ſumpti ex Strabone, & fortè etiam Melà. *depuis l'Iſere iuſques à l'emboucheure du Rhoſne*: vt minùs neceſſe fuerit ſolli-

citare interpunctionem Plinij. Exſuffles verò chartam geographicam pronuper Rotomagi editam, in quâ hæc immanium errorũ monſtra paucis denſantur lineis, quæ extra ordinem hic non pigebit exſcribere, vt ea momentis ſuis per otium expendat lector eruditus. Nitiobriges *de Montpellier*: Heliococi ſeu Heluij *Albigeois*: Anatili *Prouençaux*: Salices *d'Aix*: Vocondij *de la Comté de Beaufort*: Volcæ *Auignonnois*: Secundani *d'Orange*: Buzæj *de Grenoble*: Cauari *de Chambery*: & ſimilia, quæ qui adoleſcentibus legenda obtrudit, ijs ad proboſam ignorantiam dedecuſque ſempiternum compendiariam certiſſimâq; viam ſternit.

CEMELENENSES: *Dioceſains de Cimiés Ville minée prés de Nice en Prouence.*

CENICENSES Galliæ Narbonenſis populi Plinio. Qui? mihi iuxta atque Ortelio N. L.

CENOMANI: *Manceaux, Dio-*

ceſains du Mans, Peuple du Maine.

CENTRONES Inalpini: *Tarantaiſiens dans les montagnes de Sauoye entre le grand & petit S. Bernard.*

CENTRONES Belgæ, ſuſpecta non Scaligero, alijſque: Cluverius locum eis aſſignat in comitatu Flandriæ cum Leuacis, Grudiis, Plennoſiis & Gordunis ex vtroque latere ſcaldis ad vſque confluentes Legiæ & Teneræ. Aliorum ineptias hic non refero: ſufficiat iudices ignorantiæ notas adpinxiſſe N. L.

CIANTES in notitiis Prouinciarum Galliæ iidem qui Veneti.

CISTARICI: vide Segeſterici.

COCOSATES, ſeu contractè, vt quidam eruditi recentiores ingenioſâ conjecturâ videntur aſſequuti, Coſſates ſeu Coſſiates, Senſignani Plinio: *Bazadois peuple de la Ville de Bazas en Gaſcongne.* Fruſtra ergò recentior, qui cum Aquenſibus Tarbellis temerè confundit.

COMMONII: *ceux des enuirons*

de Marſeille: Errat cùm ſuſpicarer pro κεμμονῶν πόλις legi poſſe κονυενῶν apud Ptolomeum. Verum id dicis tantùm causâ: nihil enim vehementer aſſero, neque mea ſomnia pro oraculis obtrudo. Aliò me vocat Simon Bartel in Præſulibus Regienſibus pag. 17. cum Maſſiliam in agro Comonnorum ſitam referat Ptolemeus, quis non videat illam plagam à Commano Rege Sego-reïorum ita nuncupatam, quòd in eâ, in agris ſcilicet Capertinis, vulgò *Cabriéz*, qui ad huc nomen retinent, ipſe Cõmanus Maſſilienſibus tendens inſidiàs, ab ipſis fuerit interceptus & cum ſeptem millibus ſuorum Ligurum interfectus vt ex Trogo apud Iuſtinum libro 43. diſcimus. Hæc ille: quæ tuo lector acumini accenſuræ permitto.

CONDRVSI, & qq. Condruſones: Moneto *le peuple des Ardennes dãs les pays du Liege & Luxembourg*: Diuæo & Leodio *Condrotz pres de*

Nuys ſur la Meuſe : Cluverio ſunt Treuirorum clientes *qui demeuroient proche du Rhin entre Coblents, Coulongne & Nuys :* mihi fateor in iſtis meras eſſe tenebras : hoc certum eos Treueros inter atque Eburones cum Segnis, Cæreſis, & Pæmanis habitaſſe.

CONONIENSES. Vide Cambolectri.

CONSVARANNI, ſeu Conſoranni : *peuples de Coſerans en Gaſcongne, Diocéſains de Sainct Licar.* Locum Plini qui Doctorum torſit ingenia, tenui tantùm mutatione ſanauimus.

CONSTANTIENSES, Conſtantini : *Diocéſains de Coutance en la baſſe Normandie, iuſques à la pointe de Coqueuille, Cherbourg, la Haque, Quarentan.* Conſtantienſes ad lacum Brigãtinum ſeu Venetum: *Coſtentz ou Conſtance ſur le Podenzée ou lac de Conſtãce.* Vide Vindoniſſenſes.

CONVENÆ : *Diocéſains de ſainct*

Bertran de Cominge en Gaſcõgne, Comengeois.

CORISOPITENSES, Vide Curioſolites.

COTTIÆ ciuitates: *Peuples & pays des Alpes & vallées depuis Suze iuſques à Briãçon, & peut-eſtre iuſques à Ambrum, & és enuirons.*

CROCIATONI ſeu Craciatoni: P. Moneto *Normans du Cap de Coqueuille vers Cherbourg & Valongne.* Aſt alij longè probaliùs Crociatonon Ptolemæj; locum aut vrbem interpretantur; ij *Coutance*, illi *Quarentan, ou Sainct Sauueur*. Mihj ſolemne meum placet N. L.

CVBI. Vide Bituriges.

CVRIOSOLITES, vitiosè Carioſvolites: *Dioceſains de Kimper-Corentin, peuples de Cornoüaille en baſſe Bretagne.*

D

DARANTASIENSES. Vide Centrones.

DATII, ſeu Dacij, quorum ciuitas Taſta: P. Moneto *peuple du Comté de Foix au haut Languedoc, Dioceſains de Pamiers & Mirepoix.* Samſoni in Tabulâ, eiuſque expoſitione; *Dioceſains d'Acqs en Gaſcongne.* Doctiſſimo Palenſi Præſidi in Hiſtoriâ Benearnicâ, *ceux du Dioceſe de la ville d'Alby ſur le Tarn* haud dubiè ex Scaligero, qui aculeatè ſic quoſdam perſtrinxit capite ſexto libri primi Auſonianarum lectionum. Nimis argutantur, qui Ptolemæi Dacios opinantur eſſe ciuitatem *Acqs*: vt non ſatis mirari poſſis primùm ſtuporem hominum, qui non vident tantùm abeſſe hoc nomen ab illo oppido, quantum Tarbelli abſunt a Gabalis, poſt quos Dacios collocat Ptolemæus: deinde & imprudentiam &c.

DECEATES: *ceux des enuirons d'Antibe & de Graſſe en Prouence:* *Ragni* qq. dicitur hæc regio, quam bene viderint locorum illorum periti.

gine BOIOS eam tantum incoluiſſe regionem, quæ Æduis obnoxia à ligeri ad Elauer porrigitur.

BONONIENSES: *peuples du Boulenois en Picardie.*

BRANNOVICES, Brannonij ſeu Blannonij eos enim terminatione vocis dumtaxat, non regione ſituque ab inucem ſecernoP. Moneto dicuntur: *peuple de Breſſe & de Beugé depuis le conflans du Doux dans la Saone iuſques vers Geneue & le Rhoſne:* quod ſanè probabilius eſt, quam quod Maclianus, Pingonus, Vigenereus: *peuples de Morienne & de Briançon:* qui ſanè procul diſſiti ab Æduis, quorum clientes dicuntur. Ego vero cum Ioſ. Scaligero in Nomenclatore Cæſaris nõ verebor adſcribere, ignorantur; niſi forte quis Cabilono Brannouices, Matiſconi Ambarros ſubiiciat.

BRIGANTIANI Brigiani Brigantici fortè: *ceux de Briançon* fortè *ceux de Bregents voiſins du lac de*

Conſtance.

BRIANNI Cluverio, Britanni vulgò apud Plinium : *ceux du Ponthieu depuis Rue iuſques au Crotoy.* Ortelius non ſatis commodè ad Rheni oſtium locat : *Thuys te Britten.* Ego, ſi quid coniecturæ permittendum BIMANNI aut VIMANI legerem *pays de Vimeu*, Vinenacus ſeu Vimacus pagus dicitur rerum Franciſcarum recentioribus Hiſtoricis.

BRITONES, nomen Auſonio, Iuuenali, Martiali vſurpatum quidem, at non eâ, quæ modo apud nos viget, ſignificatione.

BVRDEGALENSES : vide BITURIGES VIBISCI.

C.

CABELLICI, vel CAUALLICI : *Diocеſains de Cauaillon dans le Comté de Venaixin.*

CABILLONENSES, ſeu CAUALLONENSES : *Diocеſains de Chalons ſur Saone au Duché de Bourgongne* olim

ſub Æduis.

CADETES, non alii mihi apud Cæſaré quàm Caletes. Quidni enim inter Armoricos cenſeantur? aut ſi diuerſi, certè non conſtat quinam modo ſint. Quod verò ad Straboné ſpectat, ſi qui apud eum Cadeti ij Bajocaſſes non fuerunt.

CADVRCI: *Diocesains de Cahors, peuple de Quercy.*

CÆRESI vicini Eburonibus, cõdruſis, Segnis & Pœmanis: *petit Canton des Ardennes*: Vigenereo *Namur:* Huberto Leodio Ripenſes, vbi ad Moſam arx *Cerey*. De eorum origine atque appellatione Germanorum plurima dabit Cluverius.

CAICI ſeu Cayci ad Germaniam pertinent.

CALETES, caletæ: *peuple du païs de Caux en Normandie par delà la Riuiere de Seine, & peut eſtre encore quelque peu par deçà ſi nous ne voulons dementir Ptolomée, Cauchois ou Cauxois* Ridiculè quidam in pa-

triâ ſuâ hoſpites ac peregrini *ceux des enuirons de Calais & des Comtés de Guines & d'Oyſe.*

CALCIACI : quos ex Tacito profert Iunius, & *Calkar* Cliuiæ vrbem exponit, exploſi ſunt ab eruditis, vt etiam Caracates, pro quibus rectè ſubſtituit Nemetas Cluverius.

CAMATVLICI, pars Salyorum, vbi Cithariſtes portus. Errant qui Maſſiliam in agro Camatulicorum collocant : quanto magis, qui vertunt *la Camargue*. Meliùs Samſon *vers Saint Tropez.*

CAMARACENSES: *Dioceſains de Cambray peuple du Cambreſis.*

CAMBOLECTRI quo nomine D. Samſon à Plinio donatos vult Heleuteros ſuos, hoc eſt ſi Superis placet, Albigenſes, mihi prorſus ſunt incogniti, quemadmodum & Cambolectri cognomento Atlantici, quos idem docet fuiſſe, qui *vers Lautrec* habitant, quorum pagus Cononienſes *la Caune*. Ego verò ἐφ᾽ οἷς μὴ

φρονῶ σιγᾶν φιλῶ.

CAMPONI : *quelque petit village ou canton d'Aquitaine vers Campan* deſignat recentior Chalcographus in explicatione Tabulæ ſuæ æneæ *au deſſus de Lourde* quam male lapurdum appellat, *entre la Bigorre & Comenge.* Ego ſolemne meum hic libens vſurparim, ne quid temere & N. L. At Campaniæ nomen, vbi Remi & Catelauni, primo apparet apud Gregorium Turonenſem, qui Clodouæo noſtro poſterior eſt.

CANINEFATES Batauorum inſulæ partem habitant auctore Tacito, vt Cluverius ſecutus opinionem Ioannis Stellæ contra Iunium alioſque probat validiſſimis argumentis: *Kennemerlander* B. Rhenano, *de Belune* Henrico Aquilio ait Ortelius. At laudatus Cluverius circa Traject-VVordaim locat. Fruſtra ergò eſt recentior ille Galliæ Geographus, qui interpretatur *Zelandois, peuples des Iſles de Zelande aux Pays bas* ſed hi

Taxan

Taxandri ſeu Toxandrj ſunt erudi-tioribus ex Plinio.

CANTABRI aut ad Galliam non ſpectant, aut leuiter ſtringunt, ſiquidem Tarbella ſit Pyrene: quos enim appellamus cis-Pyreneum *Baſques*, ij Tarbelli ſunt antiquis, aut Lapurdenſes dicti.

CAPERTINI Agri in quibus Maſſilienſes Commanum Regem Sego-Rejorum interfecerunt apud Iuſtinum lib. 43. *Cabriez en Prouence*. Si qua fides habenda ſit Simoni Bartel in Hiſtoria Nomenclaturâ Regienſium Antiſtitum.

CAPILLATORVM plura genera fuerunt ad confinium Liguſtici maris: *peuples des Alpes voiſines de la coſte de Gennes, qui portoient de longs cheueux à la mode des Celtes cheuelus*: vnde verſus Lucani: ex quo patet inſigniter hallucinatum recentiorem illum, qui in expoſitione ſuæ tabulæ ad ſolos Glannatenſes reſtrinxit: *ceux de l'Eueſché de Glan-*

dene.

CARACATES: vox nihili iam fuit ex Tacito expuncta.

CARCASSONENSES non apparent in antiquis Notitijs.

CARNOTI, Carnutes: *Dioceſains de Chartres; (Orleans y eſtoit auſſy compris autrefois) peuples du païs Chartrain & Beauſſe.*

CARPENTORACTENSES: *Dioceſains de Carpentras au Comté de Venaixin.*

CASTOLOGI ſeu Catoſlogi aut Caſtulogi mihi de ſolo noti nomine: Cluverius Ortelium arguit, quod *Caſſel*-interpretatus fuerit.

CATVELLANI, Catalauni: *Dioceſains de Chaalons ſur Marne en Champagne du temps de Ceſar compris ſous les Remois.*

CATVACI, ſeu Caduaci in vnico duntaxat commentariorum Cæſaris loco apparent, vndè meritò exciderunt iudicio & cenſurâ Scaligeri, Divæi & Cluverij. Vide Aduatici.

Marlianus & alij apud Ortelium putarunt eos eſſe qui Duacum *Doüay* habitant, contra autem P. Monetus: *peuples du Duché de Luxembourg*, cùm tamen regionem eam obtinerét Treviri Remis, vt ſæpe docet Cæſar contermini.

CATVRIGES qq. *Diocesains d'Ambrum capitale des Alpes maritimes, Ambrunois, Briançonnois, Sesanois & Chaumontois*, nomen vetus aliquâ inflexione retinent in oppido *Charges* inquit Simlerus. Sãſoni *ceux de Gap*.

CAVCHOS ſeu Chaucos à Galliâ procul ablegat Cluverius libro III.

CAVARES, Cauari ſtrictè & anguſtè: *Peuples le long du Rhoſne depuis le conflans de la Dione iuſques à celuy de la Durance, ou ſont les villes de Cauaillon, Auignon, Aurange, Montelimart &c.* latiùs ſumpti ex Strabone, & fortè etiam Melâ. *depuis l'Iſere iuſques à l'emboucheure du Rhoſne*: vt minùs neceſſe fuerit ſolli-

citare interpunctionem Plinij. Exſuffles verò chartam geographicam pronuper Rotomagi editam, in quâ hæc immanium errorũ monſtra paucis denſantur lineis, quæ extra ordinem hic non pigebit exſcribere, vt ea momentis ſuis per otium expendat lector eruditus. Nitiobriges *de Montpellier*: Heliococi ſeu Heluij *Albigeois*: Anatili *Prouençaux*: Salices *d'Aix*: Vocondij *de la Comté de Beaufort*: Volcæ *Auignonnois*: Secundani *d'Orange*: Buzæj *de Grenoble*: Cauari *de Chambery*: & ſimilia, quæ qui adoleſcentibus legenda obtrudit, ijs ad proboſam ignorantiam dedecuſque ſempiternum compendiariam certiſſimãq; viam ſternit.

CEMELENENSES: *Dioceſains de Cimiés Ville minée prés de Nice en Prouence.*

CENICENSES Galliæ Narbonenſis populi Plinio. Qui? mihi iuxta atque Ortelio N. L.

CENOMANI: *Manceaux, Dio-*

ceſains du Mans, Peuple du Maine.

CENTRONES Inalpini: *Tarantaiſiens dans les montagnes de Sauoye entre le grand & petit S. Bernard.*

CENTRONES Belgæ, ſuſpecta non Scaligero, aliiſque: Cluverius locum eis aſſignat in comitatu Flandriæ cum Leuacis, Grudiis, Plennoſiis & Gordunis ex vtroque latere ſcaldis ad vſque confluentes Legiæ & Teneræ. Aliorum ineptias hic non refero: ſufficiat iudices ignorantiæ notas adpinxiſſe N. L.

CIANTES in notitiis Prouinciarum Galliæ iidem qui Veneti.

CISTARICI: vide Segeſterici.

COCOSATES, ſeu contractè, vt quidam eruditi recentiores ingenioſâ conjecturâ videntur aſſequuti, Coſſates ſeu Coſſiates, Senſignani Plinio: *Bazadois peuple de la Ville de Bazas en Gaſcongne.* Fruſtra ergò recentior, qui cum Aquenſibus Tarbellis temerè confundit.

COMMONII: *ceux des enuirons*

de Marſeille: Errat cùm ſuſpicarer pro κεμμονῶν πόλις legi poſſe κουενῶν apud Ptolomeum. Verum id dicis tantùm causâ: nihil enim vehementer aſſero, neque mea ſomnia pro oraculis obtrudo. Aliò me vocat Simon Bartel in Præſulibus Regienſibus pag. 17. cum Maſſiliam in agro Comonnorum ſitam referat Ptolemeus, quis non videat illam plagam à Commano Rege Sego-REïorum ita nuncupatam, quod in eâ, in agris ſcilicet Capertinis, vulgò *Cábriéz*, qui adhuc nomen retinent, ipſe Cōmanus Maſſilienſibus tendens inſidias, ab ipſis fuerit interceptus & cum ſeptem millibus ſuorum Ligurum interfectus vt ex Trogo apud Iuſtinum libro 43. diſcimus. Hæc ille: quæ tuo lector acumini accenſuræ permitto.

CONDRVSI, & qq. Condruſones: Moneto *le peuple des Ardennes dãs les pays du Liege & Luxembourg*: Diuæo & Leodio *Condrotz pres de*

Nuys ſur la Meuſe : Cluverio ſunt Treuirorum clientes *qui demeuroient proche du Rhin entre Coblents, Coulongne & Nuys* : mihi fateor in iſtis meras eſſe tenebras : hoc certum eos Treueros inter atque Eburones cum Segnis, Cæreſis, & Pæmanis habitaſſe.

CONONIENSES. Vide Cambolectri.

CONSVARANNI, ſeu Conſoranni : *peuples de Coſerans en Gaſcongne, Diocéſains de Sainct Licar*. Locum Plini qui Doctorum torſit ingenia, tenui tantùm mutatione ſanauimus.

CONSTANTIENSES, Conſtantini : *Diocéſains de Coutance en la baſſe Normandie, iuſques à la pointe de Coqueuille, Cherbourg, la Haque, Quarentan*. Conſtantienſes ad lacum Brigãtinum ſeu Venetum: *Coſtentz ou Conſtance ſur le Podenzée ou lac de Conſtãce*. Vide Vindoniſſenſes.

CONVENÆ : *Diocéſains de ſainct*

Bertran de Cominge en Gaſcōgne, Comengeois.

CORISOPITENSES, Vide Curioſolites.

COTTIÆ ciuitates: *Peuples & pays des Alpes & vallées depuis Suze iuſques à Briāçon, & peut-eſtre iuſques à Ambrum, & és enuirons.*

CROCIATONI ſeu Craciatoni: P. Moneto *Normans du Cap de Coqueuille vers Cherbourg & Valongne.* Aſt alij longè probaliùs Crociatonon Ptolemæj; locum aut vrbem interpretantur; ij *Coutance*, illi *Quarentan, ou Sainct Sauueur.* Mihj ſolemne meum placet N. L.

CVBI. Vide Bituriges.

CVRIOSOLITES, vitiosè Carioſvolites: *Dioceſains de Kimper-Corentin, peuples de Cornoüaille en baſſe Bretagne.*

D

DARANTASIENSES. Vide Centrones.

DATII, ſeu Dacij, quorum ciuitas Taſta: P. Moneto *peuple du Comté de Foix au haut Languedoc, Dioceſains de Pamiers & Mirepoix.* Samſoni in Tabulâ, eiuſque expoſitione; *Dioceſains d'Acqs en Gaſcongne.* Doctiſſimo Palenſi Præſidi in Hiſtoriâ Benearnicâ, *ceux du Dioceſe de la ville d'Alby ſur le Tarn* haud dubiè ex Scaligero, qui aculeatè ſic quoſdam perſtrinxit capite ſexto libri primi Auſonianarum lectionum. Nimis argutantur, qui Ptolemæi Dacios opinantur eſſe ciuitatem *Acqs*: vt non ſatis mirari poſſis primùm ſtuporem hominum, qui non vident tantùm abeſſe hoc nomen ab illo oppido, quantum Tarbelli abſunt a Gabalis, poſt quos Dacios collocat Ptolemæus: deinde & imprudentiam &c.

DECEATES: *ceux des enuirons d'Antibe & de Graſſe en Prouence. Ragni* qq. dicitur hæc regio, quam bene viderint locorum illorum periti.

aliis *Draguignan*, aliis *Marri.*

DESVVIATES Plinio Galliæ Narbonenſis populi qui modo ſint, mihi iuxta ac Ortelio N. L. Samſoni *ceux de Taraſcon*; quos ſi erecipienda ſit Pintiani emendatio, Taraſconenſes libentius dixerim. Anonymo quidam Plinij Nomenclatori *Viéz.*

DIABLINTRES, Diablitæ, Diablindi pars Aulercorum, mihi aliàs, & ni fallor etiam Cluverio in poſtumo opuſculo *Bas Manceaux*; aliis vulgò *Leondoul ou Dol en Bretagne:* Moneto *Normans du terroir d'Alençon & de Sérs* Samſoni *Percherons autour de Nogent le Rotrou.* Tu vero quid cenſes?

DIENSES ſeu Deenſes: *Dioceſains de Die en Dauphiné ancien Eueſché, mis depuis à celuy de Valence ſur le Rhoſne.*

DINIENSES: *Dioceſains de Digne en Prouence.*

E

EBRODVNENSES, Ebroduntij: *Dioceſains d'Ambrum en Dauphiné.*

EBRIOCI, Eburaici, Eburonices pars Aulercorum *: peuples du terroir d'Evreux en Normandie.*

EBVRONES : *Liegeois, Dioceſains de Tongres, puis Maſtrich, enfin Liege deçà & delà la Meuſe.* De his conſule Cluverium, noſtramque ex Cæſare Galliæ Antiquæ Pharum.

ECOLISMENSES : *Dioceſains d'Angoûleſme peuple de l'Angoumois.*

ELEVTHERI. Vide Heleuteri.

ELLORONORENSES : *Dioceſains d'Oleron en la Principauté de Bearn.*

ELNENSES, ſeu Helenenſes non occurrunt in antiquis Notitijs.

ELVITII : Vide Helvetij.

ELVSATES, Eluſani : *Dioceſains de l'ancienne Ville d'Euſe ou Eoſe en Gaſcogne, Siege de l'Archeueſché*

depuis tranſporté en la ville d'Auſch.

Essvi corruptè apud Cæſarem pro Seſuvij aut Seſui, qui apud Ptolemæum creduntur dicti Arobij. Quinque de eorum hodiernâ appellatione perquam abſurdas recenſet ſententias Ortelius, quem vide. Nam nos, vt ait Scaliger, nugatoribus iurantibus non credimus.

F.

Flvstates, ſeu Fluſſates quibuſdam dicuntur ij quos modo Foxenſes aut Fuxenſes appellicamus. Scaligerum Adi, tùm in Notitia, tùm in Auſonianis lectionibus lib. II. cap. VII. Qui Fluſſates, inquit, legebant, non Eluſates, dicebant eſſe Comitatum de Fuxio, & hoc ſtupore ſuo perſuaſerunt Illuſtri Viro nomen *de Foix* in Fluſſatem recudere, quo nihil abſurdius. Hæc ille.

Focvnates, Focunenſes Moneto: *peuple des montagnes de Focigny en Sauoye tirant vers le Lac de Geneve*

Geneue. Hos vitioſè vocat Fubinates Papyrius Maſſonus.

FOROIVLIENSES : *Dioceſains de Frejus en Prouence.*

FORONERONIENSES ex vulgaris Plinij editionibus videntur iidé eſſe cum Luteuanis: quid ſi relatiuum, qui, huic loco temerè, ni fallor, infartum obliteres, & Foroneronienſes ad Mimenos referas.

FRISII, tùm majores, tùm minores extra limites antiquæ Galliæ fuerunt, vt pluribus euicit Cluverius, Fleuumque lacum ex vtràque parte cinxerunt trans-medium, verumque Rheni alueum, Vectâ amne, qui apud Trajectum à Rheno ad lacum Fleuium diuertit, ab inuicem ſeparati. Quod verò ad Friſiabones Plinij ſpectat, aut corruptam vocem eſſe, aut ſe vehemétiſſimè falli aſſeuerat idem doctiſſimus Cluverius.

G.

GABALES, Gabali : *peuples du*

Geuaudan & des Cenennes Diocéſains de Iauouls autresfois capitale de tout ce pays, maintenant de la ville de Mende. Cluverius in introductione Geographicâ Gabalj ait, nunc *Vellay* in Languadoco, manifeſtiſſimo errore.

GALLI, ſeu Galatæ, Comati, Braccati, Togati, Ciſalpini, Tranſalpini, Celtæ, Belgæ, Aquitani &c. ſat notj vulgo.

GALLETÆ ſeu Galleti in Galliâ Lugdunenſi Plinio iidem ſunt haud dubiè cum Caletis aliorum: *Pays de Caux.* Qui nam autem ſint Gallitæ qui leguntur in Trophæo Alpium mihi N. L. vide noſtram ex Plinio Galliam.

GALLOLIGVRES, ſeu Ligures Tranſalpini dicti ſunt Salyj, qui cis Varum maritimas oras accolebant in decem partes diſtincti: *Prouençaux qui demeuroient plus prés de la mer depuis le Var iuſques au Rhoſne.*

GAPICENSES. Vide Vapin-

cenſes.

GARITES ſeu Gaurites: Moneto, aliiſquæ: *peuples du val & Comté de Gaure, pays de Gauerdan*: quod ſuâ non caret veriſimilitudine.

GAROCELI: *Dioceſains de ſainct Iean de Morienne en Sauoye, deſſus, & au deſſous du mont Cenis.*

GARVMNI, P. Moneto: *Montagnars habitans proche des ſources de la Garonne en Cominge prés des monts S. Beat.* Huic non aſſentitur recentior alter Geographus, qui in Aquitaniâ ſecundâ reponit ex vtrâque parte Burdigalæ, tùm Aquitanos, quos exponit *le pays d'entre-deux mers*; tùm Garumnos, quibus *Cernes* adtribuit, quâ ratione nixus, quo auctore, fateor me neſcire.

GENEVENSES: *Dioceſains de Geneue ville de Sauoye ſituée ſur le Lac.*

GERMANI qui in ſolo gallico habitant alij inferiores *Niederland ceux du Pays bas*: alij ſuperiores: de Vtriſque vide Cluverium.

GLANNATINI : *Dioceſains de Glandeue en Prouence.*

GORDVNI Marliano *Gantois.* Vide Centrones.

GRATIONOPOLITANI : *Dioceſains de Grenoble en Dauphiné.*

GRISONES Genabij, Gueldienſes, Guiennenſes, Hurepoeſij, Hannouienſes, futilia ſunt nomina priſcis haud cognita : de Hasbaniis aliàs pluribus dicturi ſumus.

GRVDII Moneto : *peuples de Halles eu Brabant :* Becano Brugge; Marliano *Laon* : Thomæ Leodio *Louuain :* mihi N. L. Vide ſupra Centrones.

GVGERNI, vel Cugernj : *peuples habitans ſur le Rhin d'entre les Holandois & ceux de Coulogne dans quelque partie des Duchés de Cleues, Gueldres & Iuliers:* Vide Cluverium, qui ait eos in Menapiorum agrorum partem intra Rhenum Moſamque amnes concluſam, poſt Iulij Cæſaris æuum ſucceſiſſe.

H.

HASSI apud Plinium vox ſuſpecta Cluverio, vt etiam Caſtulogi: Ortelio *Baſſy ſur les confins de Flandres & d'Arthois.*

HEDVI. Vide Ædui.

HELVETII: *Peuples des Cantons des Suiſſes*, quos olim in quatuor diuiſos fuiſſe pagos docet Cæſar, Tigurinumque ac Vrbigenum appellat, quibus duo alij adduntur, Ambronicus,& Tugenus, ſeu Toygenus.

HELVII: *Dioceſains d'Albs; puis de Viuiers ſur le Rhoſne, peuple du Viuarais au deſſous du Vellay, & à coſté des Ceuennes & pays de Geuaudan:* Cluverius in poſtumo opere Poldum, Marlianum, Belleforeſtium, Villonouanum, Vigenereum, ſimiliſque farinæ Geographos ſecutus aſſerit Heluios nunc dici *Albigeois*, quod tamen modo eruditi omnes poſt Scaligerum, Monetum, Samſonem reſpuunt,adeoque craſſus

eſt error, vt ab interpolatore, vel coniectore quodam ſciolo verbum illud Gallicum additum putem autographo Cluverij.

HELEVTERI apud Cæſarem leguntur populi Cadurcis adiuncti, ſi tamen Syncera eſt lectio. Glareanus, aliique, ex quibus nuperus Chalcographus *Albigeois* interpretātur. Vigenereus apud Ortelium *Viuarais* alij quoque hoc nomine donant Auriliacenſes *ceux des enuirons d'Orillac en la haute Auuergne ſur les confins du bas Limouſin du Quercy & du Roüergue, petit gouuernement qui ſemble auoir eſté touſiours ſeparé des peuples voiſins*, Monetus ſubſtituit Heluetios in locum controuerſæ illius dictionis. At Scaliger in Nomenclatore Cæſaris Geographico, ſi tamen eius eſt, vt Thomas Erpenius mihi auctor eſt, nonnullique alii malunt legere Eleutheri, quæ Græca vox ſatis indicat hoc nomine populos immunes, ſignificari: ideoque eo

ſenſu Sueſſones & Cadurcos dici; Eleutheros Cæſari; quo Plinio Bituriges liberi, Santones liberi &c. Tu vero videſis noſtram ex Cæſare Galliam, vbi litem hanc ex profeſſo decidimus.

I.

ICONII, Vide Siconij. Iuberi, Vide Viberi: iidem enim cenſentur à doctis.

IVGERNI Cluverio in partibus Gelriæ & Cliuiæ, vbi oppida *Goch & Gehe*, quondam cum trans Rhenum incolerent Sigambri dicti. Vide ſupra Gugerni.

DE Inſubribus, quorum meminit Liuius libro V. Decadis primæ, id vnum modo pronuntio, quibuſdam videri eorum pagum in vicinâ Æduis Biturigum regione ſitum fuiſſe, vbi oppidum *Chaſteau Meillant*, quod olim dictum Mediolanum, haud dubiè primario Inſubrium Ciſalpinorum oppido nomen ſuum im-

poſuit. Quæ paucis delibata velim ex noſtratium Biturigum Hiſtoriâ quam Deo bene iuuante publici iuris faciemus. Samſon notauerat in majori æneâ tabulâ vacuum locum Ararim inter atque Rhodanum, qui ne vacaret, in minori, quæ iis abſolutis ad me tamdem perlata eſt, ei Inſubres addixit, Aribrigios quoque, ſi quid auguror, proximâ editione additurus. Sed cur amabo Brannovices Çæſaris omiſit.

L.

LACTORATES: *Diocesſains de Laictoure en Gaſcongne.*

LAPVRDENSES: *Dioceſains de Baionne pays de Labour en Biſcaye.*

LATOBRIGI Heluetiorum finitimi populi: P. Moneto *Dioceſains de Lauſane, pays de Vaus*: Cluverio *ceux dés enuirons de Brige le long du Rhoſne, dans les vallées qui ſont entre la ville de Sion & les Suiſſes.* Samſoni *peuples du Briſgavv au dela*

du Rhin & vis à vis des Rauraciens & Elſatiens : Sed hanc opinionem validè refellit Cluverius.

LATVSATES. vide Lactorates & Taruſates.

LEMOVICES: *Dioceſains de Limoges & de Tulle, hauts & bas Limouſins.*

LEONENSES ſeu Oſiſmij Leouices, vt quidem pro ſuppoſititiâ voce Lemovices, memini me legiſſe alicubi apud Vinetum: *Dioceſains de Saint Paul de Leon & de Landriguet en baſſe Bretagne.*

LEPONTII Inalpini populi qq. dicuntur *les Suiſſes ou Griſons habitans des vallées & environs des monts Vogel & Gotard vers les ſources du Rhin.* At de eorum ſedibus aptè locandis grauior eſt controuerſia, quã vt tribus quatuorvè verſibus decidi queat. Samſoni ex Cluverio *ceux du val d'vgogna* : nos plura aliàs.

LEVACI Neruiorum clientes: Moneto *Bauay* : aliis *Louvain* : Clu-

verio *quelque canton de Flandres*: mihi N. L. vide Centrones.

LEVCI: *Dioceſains de Toul en Lorraine, Lorrains meridionaux, & Vogeins.* Errant qui eos ſub mediomatricis comprehendunt.

LEXOVII, Lixobij: *Dioceſains de Liſieux en Normandie.*

LIGAVNI Galliæ Narbonenſis populi Plinio, mihi incomperti.

LINCASII, vox nihili pro Lingones ſeu Lingoni apud Strabonem: viderit ergo qui ex tam lubricâ conjecturâ nouos populos in ſuâ Breſſiâ commentus eſt; *Breſſans Chalonnois.*

LINGONES, & vitiosè apud Ptolemeum Longones: *Dioceſains de Lãgres entre la Bourgongne & Champagne.*

LIVII, qui ſunt apud Plinium in Galliâ Narbonenſi haud ſatis mihi in expedito eſt: Libici dicuntur Samſoni *ceux d'Arles & entre les bras du Rhoſne*: an ex Libycis Rhodani oſtiis id collegerit, neſcio: certè Ortelius

hîc ſilet necnon anonymus nomenclator.

LVGDVNENSES: *Dioceſains de Lyon dans la Breſſe occidentale, & les païs de Foreſts, Beauiolois, & Lyonnois.*

LVTENENSES, Luteuani: *Dioceſains de Lodeve en Languedoc.*

M.

MAGALONENSES: *Dioceſains de Magalonne Eveſché tranſporté à Seſtantion, & puis en fin à Montpellier au bas Languedoc.*

MANDVBII: *Auſſois, Bourguignons des environs d'Alize, Semur, Flavigny, & Sainte Reine.*

MARSATII ſeu Marſaci: Cluverio habitaſſe creduntur inter Batavodurum, & diuortium Rheni, vbi munimentum Scenkij conſtructum eſt: *au delà du Rhin depuis le fort de Sceink juſques à Viik te Duerſtede,* Ortelius putat *Marſen* pagum qui milliare diſtat ab Vltrajecto, horum

nominis memoriam conſeruare; improbatque Huberti Leodij interpretationem, *Maſeik ſur la Meuſe.* Marſatia itaque Cluverio, quæ modo Velania pars Geldriæ inter Rhenum & Iſalam, in quâ Arenacum, Vada, Grinnes &c.

MASSILIENSES, qui & Græci Phocaenſes: *Marſeillois, Dioceſains de Marſeille en Prouence.*

MATISCONENSES: *Dioceſains de Maſcon ſur la Saone.*

MATTIACI: qq. iidem cum Zelandis, ſed imperitè; vt Cluverius docet.

MEDIOMATRICI, ſeu Mediomatrices: *Dioceſains de Mets, pays Meſſin & Lorraine Septentrionale, autrefois meſme iuſques au Rhin & bas Palatinat:* vbi poſtea Tribocci & Nemetes.

MEDVLI, in Vibiſcis: *Medoquois, peuple du pays de Medoc en Guyenne par delà Bourdeaux.*

MEDVLI, Medulli, Medoali, &

ni fallor etiam Pedyli: *Montagnars du Dauphiné vers le mont Genevre*, alijs *la vallée de Morienne*: alijs & fortè meliùs *les Monts au deſſus de Grenoble & du Greſivaudan ou paſſe l'Iſere.*

MELDÆ, Meldui: *Dioceſains de Meaux ſur Marne, peuple de Brie.*

MEMINI, ſeu Mimeni: Samſoni *ceux de Siſteron & Forcalquier*, ſed quo amabo auctore? Meliùs ex Plinio *ceux de Carpentras.* An de iiſdem locutus eſt Plinius libro 18. extremo, capite octauo.

MENAPII: *peuples iadis d'vne grande eſtendue depuis les Riuieres de Demer & l'Eſcault iuſques à la Meuſe, & par delà iuſques à la diuiſion du Rhin quils bordoient des deux cotez dans les païs de Brabant, Gueldres, Cleues, Julliers & Coulogne.* Vide Cluverium, qui pro more acerbiùs in Strabonem invehitur.

MOGVNTINENSES, vel Magontiacenſes: *Dioceſains de Mayen-*

ce ſur le Rhin.

MONESI ſeu Monæſi in Aquitaniâ; Recentiori, ne quid intentatum relinqueret, *vers Moneins en Bearn entre Leſcar & Nauarreins*: mihi N. L.

MOTINI: *peuples de grande eſtenduë iadis, depuis Boulongne & le Ponthieu iuſques à l'Eſcault, qui faiſoit la ſeparation d'eux & des Menapiens, pays de Boulenois, Teroüane, Oiſe, Guines, & preſque toute la Comté de Flandres depuis la riuiere du Lys iuſques à l'Ocean & les Iſles de Zelande.* Recentior Geographus Belgas ſtrictè ſumptos, quos genuinos ipſe vocat, minus cautè medios inſeruit, & *Flamans* interpretatus eſt.

N

NAMNETES: *Dioceſains de Nãtes en Bretagne.* Samnitas ac Namnetas peſſimè à librarijs apud Ptolemæum habitos docuimus eoſdem eſſe.

NANTVATES: *Entre les Griſons & Suiſſes depuis les ſources du Rhin iuſques vers le Lac de Conſtance.* Audacter verò Cluverius Nantuates in Nemetes vertit apud Cæſarem.

NARBONENSES: *Dioceſains de Narbonne au bas Languedoc.*

NEMAVSENSES: *Dioceſains de Niſmes en Languedoc.*

NEMETES: *Dioceſains de Spire ſur le Rhin.*

NERVII: *Dioceſains de Tournay, Hennuiers, peuple du Hainault, du Cambreſis, & meſme de la Thieraſche*, ſi quæ Cluverio fides in linearum ductu.

NEVERNENSES, ſeu Niuernēſes: *Dioceſains de Nevers Niverniſtes*: Æduis olim attributi: An Ambarri aut Ambiuareti Cæſaris, videſis, amabo, noſtram ex eodem Imperatore Galliæ Pharum. Hoc conſtat fœdè prolapſum, qui Vadicaſſes ibidem collocauit.

NERVSII: *Provençaux des envi-*

rons de Vence.

NITIOBRIGES, ſeu Nitiobroges: *Diocesains d'Agen en Guienne.* Mira ſane eorum inſcitia, qui Monſpelienſes faciunt, quaſi in Provinciâ Narbonenſi bellum geſſerit Cæſar. Errant itinere ſex aut ſeptem dierum. Si vis videre, lege quæ hactenus de his delirarunt, inquit Scaliger in Notitiâ.

NOVEMPOPVLI: *les neuf peuples, Gaſcons & Baſques & maintenant, vrais & primitifs Aquitains iuſques au temps d'Auguſte.* Quemadmodum autem mihi certò conſtat nouem extitiſſe principes populos, à quibus inditum Prouinciæ illi nomen, ita quinam illi ſint, malo ab aliis diſcere, quam ipſe docere V. C. D. De Marca Tarbellos, Eluſates, Auſcios, Vaſates, Bearnenſes, Aturenſes, Bigerros & Conuenas admodum probabiliter cæteris anteponit, conjectationibus aliorum erudito calamo profligatis.

O.

OCTODORENSES: *bas Valleſans Diocesſains de Matigny au bas Vallay, Eueſché tranſporté à Sion.*

OLORONENSES. Vide Elloronorenſes.

ONOBRISATES Plinio Aquitaniæ populi: quinam ſint haud egò temerè affirmarim. Samſon in Tarbellis locat & *Ourt* vertit, *entre Bayonne & Acqs.* Alius *Rieux*. Non deeſt quoque qui *Oleron*, legendumque contendit Olobriſates. ἀλλὶς δ᾽ ἑτέρως.

OROMANSACI iuncti pago, qui Geſſoriacus dicitur: *peuple prochain de Boulongne*, vnde magnus ſe aperit diuinandi campus. Cluverio *depuis Boulongne iuſques à Montreul, Hedin, & Eſtaples, & la riuiere de Canche*: Moneto *Boulenois, Guinois & Oiſins de terre ferme*: Calcographo *depuis Boulongne iuſques à Calais, Comté de Guiſnes, & terre*

d'Oye Quid enim alios morer, qui *Vimeu*, *Sainct Omer*, *& Teroüane*?

OSQVIDATES, ſeu Obſedati, quos in montanos & campeſtres diſtingunt Plinius, & Notarum auctor. Hi Samſoni *Condomois* aliis *Camberton*, *ou Orſon*: Illi eidem *Montesquiou*, aliis verò *Orthés*. Tu Lector, ſi ſapis, aſſenſum contine, donec certa, aut ſaltem ſimilia veri proferantur tam imbellium ariolationum firmamenta. In minori Tabulâ æneâ Oſquidates campeſtres loco mouit recentior ille Calcographus, quem ſæpe appellamus, & à Garumnæ ripâ trans Aturum procul exulare iuſſit.

OSSISMII: *bas Bretons Septentrionaux, qui regardent l'Angleterre, Dioceſains de Sainct Paul de Leon, & de Triguet depuis Breſt iuſques vers Sainct Brieu.* Τιμίους vocauit Pytheas apud Strabonem, an ignoratione vocis, an honoris causâ, incertum.

OXYBII ſeu Oxubij pars Ligu-

rum Gallorum; rectè dicuntur *Dioceſains de Freius.*

P.

PÆMANI. Vide Condruſi. Samſoni *vers Famene en Ardenne*, & Cæreſi *vers Cerey*, & Segni *ceux de Iuliers*, Condruſi *ceux du Duché de Coulongne.*

PARISII: *Dioceſains de Paris.*

PEDYLI. Vide Meduli. Vidi qui *Bedotz* exponeret, diceretque in eo tractu eſſe *Sainte Greue, la Matre, Deſſeigne, Nonnain, Boſſieu.* Verum anonymus qui poſt Cæſarem excuſus occurrit ex Strabone, Ptolemæo, Plinio, aliiſque Nomenclator Pardo quouis maculoſior eſt.

PETROCORII, vel Petragorici: *Perigourdains, Dioceſains de Perigueux, & Sarlat en Perigort.*

vbi etiam de Vidio plurima, quæ conjecturis longiuſcule arceſſitis referta haud æque omnium palato ſapiunt. Anonymus deſcriptor Galliæ Marliano additus. Nabalia fluuius *Neers*, alluit *Gennep* oppidum, labitur in Vahalim prope *Tiel*. Videndus quoque Ortelius.

NARBONENSIS lacus. Vide Rubreſus.

NAVA: *la riuiere de Nahe, qui ſort de la foreſt d'Eberſuald, & ſe coule dans le Rhin à Bingen entre Mayence & Coblents.*

NEMAVSVS fons apud Auſonium: *vne ſource d'eau viue & claire comme vn lac, ou abyſme qui entre dans la ville de Niſmes par vn endroit qu'on appelle l'Agau.*

NEMESA: *la petite riuiere de Nyems, qui ſe iette dans la Soure dans la Duché de Luxembourg.*

O.

OBRINCA fluuius, quo Ptole-

mæus ſuperiorem Germaniam ab inferiore diſterminat, eruditiſſimis viris, quibus ego ſubſcribo: *la Moſelle.* Samſon Cluverij veſtigiis inhærens vertit *Are.* Vide Abrinca. Refutatione non indiget alterius recentioris opinio, qui exponit *Spire petite riuiere qui paſſe par Frankendal & ſe perd dans le Rhin entre Spire & Manheim.* Quis enim credat Varmatiam Mogontiam & Bingium fuiſſe in inferiore Germaniâ.

OBRIS, ſeu Orobis, errant enim, qui apud Ptolemæum gignendi caſum in nominatiuum transformant, vertuntque Latinè Orobius, in quibus eſt Ortelius ipſe: *la riuiere d'Orb, qui vient des montagnes de Sainct Pons de Tommiers, paſſe à Beziers ſous vn pont de Pierre, & ſe perd dans la mer au deſsous de Serignan, ou elle faict vn Grau ou canal.* Vide Catellum.

OLITIS, ſeu Oltis ex conjecturâ Sauaronis apud Sidonium pro

Clitis : quem dictum olim Ellodum ſeu Olindum ex veſtigiis Vxelloduni & Diolindi diuinat quidam recentior. *La riuiere de l'Oold (ou le Lot ſimplement) qui vient du pays de Geuaudan au deſſus de Mende, dont elle arrouſe la plaine, & pluſieurs autres petites places du pays ; puis entrant dans le Quercy paſſe à Cadenat, à ſainct Cirq, à Cahors, qu'il euuironne quaſi de toutes parts, à Ville-Neufue d'Agenois, & de là ſe meſle auec la Garomne entre Aiguillon & Tonneins.*

OLINA : *la riuiere d'Orne (quelque vns l'appellent auſſi Oully) qui naiſt à Aucon entre Alençon & Sées, paſſe à Sées, Argentan, Pont Creſpin, Linchamp, puis trauerſe la ville de Caen, & ſe deſcharge dans l'Ocean prés du Fort d'Eſtrcham à trois lieües de Caen.*

OSCARVS : *la riuiere d'Cuſche, qui paſſe à Dijon, & ſe iette dans la Saone à ſainct Iean de Laune.*

ORGE nobilis fons in Narbonenſi Prouinciâ Plinio libro XVIII. cap. XXII. Ioanni Poldo *la fontaine de Vaucluſe d'où naiſt la riuiere de Sorgues*. Vide Sulga.

P.

PAVLO :· *la riuiere de Palion vers Nice au delà du Var, que pluſieurs des anciens ont aſſeuré eſtre la borne de la Gaule & de l'Italie.*

PHRVDIS Ptolemæi : Becano, Scaligero aliiſque eruditis vulgò dicitur *la riuiere de Somme*. Vide Samara. Cœnali apud Ortelium *la Sambre* abſurdè : cuidam etiam *la Bouſiue petite riuiere ſans renom, & quaſi meſme ſans nom qui vient deuers Aumale, paſſe à* Blaugy, *Eu, & ſe iette dans l'Ocean au Treport*. Sed de riuulo hoc cogitaſſe Ptolemæum quis cenſeat, cum in proximo ſit alterum longè nobilius flumen?

PROVÆA : *la petite riuiere de Pruin, qui ſe iette dans la Soure.*

R.

RHENVS: *la riuiere du Rhin, qui naiſt de trois ſources au païs des Griſõs: le Rhin anterieur, en Allemand Vorder Rhin, vient du mont de Crisbal prés du mont S. Gothard; le Rhin moyẽ part du mont de Lucumon, ou de S. Barnabé partie de l'Adule: le Rhin poſterieur en Allemand Hinder Rhin, ſort du mont d'Ocello ou ſainct* Bernard *autre partie de l'Adule ou Vogel. Tous trois aſſemblés en vn, vne lieuë au deſſus de Coire capitale des Griſons, vont de compagnie ſe rendre dans le lac de Conſtance, & peu apres dans le lac bas au Cellerſée. d'où ce fleuue eſtant ſorty prés de la ville de Stein, paſſe à* Scaffouſe, *Coblens, Rinsfelt*, Baſle *qu'il diuiſe en deux*, Strazbourg, Spire, *Manheim, Vvormes, Mayance*, Bingen, *Coblens, Andernach,* Bonne, *Coulongne, Nuys, Duſſeldorp, Duysburg, le bas Vveſſel, Emmerich, & au deſſous prés de la*

ville de Cleues ſe partage en deux branches à Tholhus, ou autrement au fort de Skinck, dont la gauche s'appelle Vvael ou Oüal, & la droicte retient le nom de Rhin, qui ſe diuiſe encore par apres du coſté de l'Allemagne en l'Iſsel, ou foſſe de Druſe, qui baigne Zutphen, Deuenter, Hatten & Campen, & ſe perd dans le Zuyderſée; & de l'autre coſté de la Hollande à Kvijck te Duerſtede prend le nom de Lech ou Lych paſſant par Culenburg, Vianem, & Schonouen, pour ſe deſcharger dans la mer à la droicte de la ville de Dordrecht. Le canal du milieu, qui eſt quaſi tout ſec maintenant, paſſoit iadis par Vtrech & Leyden, & de là ſe iettoit dans la mer à Cattuijck: mais tout cela a changé de face depuis ces temps-là par les canaux, qui ont eſté faicts, & par les innondations qui ſont furuenues. Vide Vahalis, Helium, Flevum, Naualia, Foſſa Druſiana, Foſſa Ciuilis, Foſſa Corbulonis, & præ cæteris conſule

Cluverium libro tùm ſecundo tùm tertio Germaniæ antiquæ. *On aſseure qu'il reçoit ſoixante & deux autres riuieres, & qu'il a douze ponts, dont le dernier eſt à Strazbourg, & le premier à Stein.*

RHODANVS: *la riuiere du Rhoſne, qui prend ſa naiſsance ſur les confins du Valais & du Canton d'Vry, au mont, qui s'appelle la Fourche, & touche le mont ſainct Gothard qu'il ſurpaſse en hauteur. Son cours tire du coſté du Couchant, ſepare en deux le haut & bas Valais ou s'eſtant groſsy d'vne infinité de petites riuieres, qui coulent des montagnes au deſsus de l'Abbaye de ſainct Maurice, il ſe iette dans le lac de Lauſane coulant comme par deſsus ſans confondre ſon eau rapide, auec la dormante de ce lac iuſques à Geneue, d'où il ſort auſſi rapide: comme il y eſtoit entré, paſse à l'Ecluſe, à Seiſsel, & aupres de la ville de Belley en Breſse, deuant que deioindre la Saone à Lyon: d'où ſon*

cours gauchiſſant vers le midy il ſepare le Viuares & Languedoc d'auec le Dauphiné & la Prouence, paſſant par Vienne, Tournon, Valence, Viuiers, le pont de S. Eſprit, Auignon, Beaucaire & Taraſcon, & en fin par Arles, & les trois Maries ſe deſchargeant dans la mer à ſix emboucheures, ou Gras, cõme ceux du pays les appellent conformemẽt à l'ancien mot Latin. Vide Ad Gradus in ſecundâ parte, tùm in hac tertiâ, Libica, Maſſalioticum, Hiſpanienſe & Metapinum.

RVBRENSIS, vel Rubreſus lacus: aliis Narbonenſis lacus, vel palus Narbonitis: *les vns veulent que ce ſoit l'eſtang de Vendres, ou ſe iette le vray Aude, au pas de Loup: & l'appellent l'eſtang de Cap d'eſtang, qui toutefois ſemble eſtre vn peu au deſſus. Les autres pour l'eſtang de Bages, ou entre la Robine, qui eſt vn canal tiré de l'Aude, qui coupe Narbonne en deux, & ſe iette dans la mer.*

RVSCINO: *la riuiere de Latet,*

qui vient des monts Pyrenées paſſe à Olite, Ville-Franque, Ilhan, Perpignan & le Chaſteau de Rouſſillon, puis entre dans la mer à Canet. Eſt etiam Ruſcino lacus,

S.

SABIS: *la riuiere de Sambre, qui prend ſon origine dans des bois, proche de la Capelle, paſſe à Landrecy, Maubeuge, Thuin, & ſe perd dans la Meuſe à Namur.*

SACONA, ſeu Saucona: Vide Arar.

SALMONA: *la riuiere de Salm, qui ſe ioint à la Moſelle à vne ou deux lieües au deſſous de Kluſtat.*

SALSVLÆ fons: *prés de Salſes en Rouſſillon.* Vide noſtram ex Melâ & Strabone Galliam.

SAMARA, & à recentioribus Somona, ac Ptolomæo Phrudis, vt ſupra monuimus: *la riuiere de Somme, qui vient de Feruaques en Vermandois entre le Caſtellet & Guiſe,*

paſſe à ſainct Quentin, Han, Peronne, Bray, Corbie, Amiens, Abbeuille, puis ſe degorge dans l'Ocean entre ſainct Valery en Vimeu & le Crotoy ville du Ponthieu.

SAMBLACITANVS ſinus: *le Golfe de Grimaut en Prouence, ou eſt la ville de ſainct Tropés, entre Toulon & Freius,*

SARAVVS, ſeu Sara: Germanis *dic Saar ou Sarh* nobis *la riuiere de Sare, qui n'aiſt prés de Salin entre la Lorraine & l'Alſace, paſſe en diuerſes villes, qui en prennent le nom de Sarbruch, Sarek, Saralben, Sarbruken, Sarbulzac, Sarburg, & autres, en fin ſe iette non ſous les murailles de Treues, mais quelques milles au deſſus dans la Moſelle.*

SATYRVS olim legebatur apud Lucanum. Vide Atyrus.

SCALDIS: *la riuiere de l'Eſcault,* Germanicè *Schelde, qui à ſa ſource dans le Vermandois au deſſus du Caſtellet, paſſe à Creuecœur, Cambray,*

Bouchain

Bouchain, Valenciennes, Condé, Tournay, Oudenarde, Gand, Dendermonde, Rupelmonde, Anuers, Lillo, Son-vliet, ou il ſe diuiſe comme en deux branches, la gauche s'appelle De Hont, ou Vveſter Schelde; la droicte, qui coule vers Bergopſoom, & ſe diuiſe par apres en pluſieurs canaux dans les Iſles de Zelande, s'appelle Ooſter Schelde. Siniſtrum oſtium Tabudam eſſe Ptolemæi Cluuerius affirmat, alij toti fluuio tribuunt.

SELVVA, ſi tamen mea arridet cordatis viris, quibus faſces libens ſubmitto, emendatio Ptolemæi, vbi de Abrincatuis loquitur: *la Selune petite riuiere de la baſſe Normandie, qui naiſt à la Butte-Brimbal de la parroiſſe de Chanlieu, paſſe ſous le Pont-Auban, & tombe dans la mer vn peu au deſſous d'Avranche.*

SEQVANA: *la riuiere de Seine, qui ſort à deux lieües & demie au deſſus du Bourg de ſainct Seine en Bourgongne, dans les bois de cette*

Abbaye, au pied d'vne montagnette, de là elle coule vers Chaſtillon, & Bar qui en empruntent leur ſurnom, Troyes, Nogent, Bray, Montereau, Melun, Corbeil, Paris, Poiſſy, Mante, le Pont de l'Arche, Roüen, Caudebec, & entre Honfleur ſur la gauche & Harfleur ſur la droicte ſe deſcharge dans la mer, auec vne emboucheure aſſez large, ou elle a ſon reflus, appellé la Barre, qui eſt en de certains temps fort dangereuſe.

SIGMAN, aliis Sigmanus: *entre les emboucheures de l'Adour & de la Garonne chés Ptolomée*: Nauagiero, Vineto, Scaligero, Marcaſo, aliiſque: *la riuiere de Leire, qui naiſt dans les Landes de Gaſcongne entre Bazas & Acqs, arrouſe la Preuoſté de Born, & ſe iette dans le haure d'Arcachon, & de là dans l'Ocean entre le Cap de Buſch, & le Cap de Horret.*

SINVS Gallicus duplex Straboni, Occiduus, & Auſtralis, atque hic

in duos minores Maſſalienſem & Narbonenſem diſtinctus, vt oſtendit vberiùs noſtra ex Strabone Gallia.

SVLGA: *la riuiere de Sorgues, qui prend ſa ſource de la fontaine de Vaucluſe tant chantée par Petrarque. Ceux là ſe trompent, qui la font paſſer par la ville de Vaiſon bien eſloignée d'Auignon, ou ils diſent qu'vne de ſes branches apporte par ſes diuers canaux beaucoup de commoditez.*

SVRA: *la riuiere de Soure,* Germanis *Saur, qui vient du pays des Ardennes, & s'eſtant enflée de pluſieurs petites riuieres, ſe ioint à la Moſelle en vn Bourg nommé Billich.*

T.

TABVDA Ptolemæi, ſi Cluverio fides, indicat ſiniſtrum dumtaxat Scaldis oſtium, ſeu fretum illud, quod Vvalcheriam Zelandiæ inſulam & proximam Flandriæ continentem intercurrit: ſin vero Gerardum Mercatorem, Ortelium, alioſ-

que audias non vulgares Geographos, totum amnem, totus quantus à capite fluit, ſignificat: Vide Scaldis ſupra.

TARBELLICVS ſinus: *Golfe, ou ſein de Bayonne*: de quo conſule ſis quæ erudite tractantur initio Benearnenſis Hiſtoriæ.

TARNIS, vel Tarnes: *la riuiere du Tarn, qui ſort de la montagne de Lozeue en Geuaudan, paſſe par Florac, Queſac, Millaud, ſainct Rome, Alby, Gallac, Rabaſteins, Villemur, & Ville-Bourbon partie de la ville de Montauban puis ſe deſcharge dans la Garonne au deſſous de Moiſſac.* Quod autem Tarne fluuio ſeparatam fuiſſe ab Aquitaniâ Galliam Narbonenſem ex ſententia Franciſci Roaldeſij docuit Catellus id abunde refutatum reperies libro primo Benearnenſis Hiſtoriæ; Nos enim hic indicem ſcribimus, non Commentarios.

TETVS ex ſententia P. Moneti: *la riuiere d'Eſtanguené en Bretagne*

entre ſainct Brieu & Triguet. Robert. Cœnali *la petite riuiere de Coüeſnon, qui paſſe au Pont-Orſon,* Samſoni vero dicitur *Trieux.*

THELIS: *la riuiere d'Egli dans le Rouſſillon, qui vient des monts Pyrenées, & ſe perd dans la mer Mediterranée à Ripes-Altes entre Salſes & Perpignan.*

THICIS: *la riuiere de Tech ou Tecly dans le meſme Comté de Rouſſillon, qui s'embouche dans la mer à Elne entre Perpignan & Collioure.*

TRIOBRIS: *la riuiere de Troneyre ou Trieure, qui prend ſa ſource d'vne montagne du Geuaudan appellée la Mariaride, paſſe par Malzieu, & ſe iette dans le Lot à Antraigues.* Vide Catellum & Commentatores Sidonij.

TVNGRORVM ciuitatis Galliæ fontem inſignem ferruginei ſaporis celebrat Plinius libri XXXVII. capite ſecundo *les eaux de la fontaine de Spa dans les Ardennes renommées*

par toute l'Europe.

V.

VAHALIS, Vachalus, Vvalis: *le Vvale ou Vvaël, le bras gauche du Rhin depuis le fort de Skeinch iuſques à Dordrecht, paſſant à Nieumeghe, Tiel, Bommel, Vorkum, Corikum, Dordrecht &c.* Vide Rhenus.

VARDO, ſeu Vvardus: *le Gardon, qui eſt double: au commencement l'vn paſſant à Alez, & l'autre à Anduze: leur ſource eſt dans les Ceuennes, ſe ioignent à Ners, paſſent ſous le pont de ſainct Nicolas à vne lieuë d'Vzez, puis prés de ſainct Priuat ſous le fameux pont du Gard, l'vne des plus belles antiquitez de l'Europe, ayant trois ponts voutez l'vn ſur l'autre, & en fin ſe perdent dans le Rhoſne à Coms.*

VARO & Cearo ſeu Cauaro, qui fluuij ſunt apud Strabonem: Vide Scaligerum cap. vltimo libri primi Auſonianarum Lectionum.

VARVS : *la riuiere du Var, qui venant des Alpes, & ſe iettant dans la mer Mediterranée entre Nice & Antibe ſeparoit ſelon le dire commun des anciens l'Italie de la Gaule Narbonnoiſe. Les vns le font venir du Col de Tende, les autres d'vn autre endroit des Alpes, comme nous deduirons plus amplement ailleurs.*

VENETVS lacus Melæ, aliis Brigantinus : Vide ſupra.

VICINONIA Greg. Turonenſi : *la riuiere de Villaine* Vide Vindiana.

VIDRVM ex controuerſo Viſurgi apud Tacitum Annalium libro primo effingit Cluverius, exponitque *le Vecht, qui part de la ville d'Vtrecht pour ſe ietter dans le Zuyderſée*: quod ego otioſis examinandum permitto.

VIGENNA : *la riuiere de Vienne, ou Viganne, qui a ſa ſource dans la haute Marche de Limouſin, prés de celle de la Vezere ; paſſe par Eimotiers, ſous ſainct Leonard, à Limoges,*

ſainct Iunien, Confolans, l'Iſle-Iourdain, Chauuigny, Chaſteleraut, l'Iſle-Bouchard, Chinon, & ſe iette dans le Loire entre Caudes & Montſoreau, d'où eſt venu le Prouerbe que Maſſon rapporte.

VIDALVM quidam recentior putat olim fuiſſe dictum Sulgam *la Sorgue.*

VINDIANA, ſeu Vindina Ptolemæi: P. Moneto *la riuiere de Villaine, ou Vilene, qui vient des confins de la Bretagne & du Maine, paſſe à Rennes, & Redon, & ſe deſcharge dans l'Ocean vers l'Abbaye de Prieres entre Vannes & le Croiſic.* Vide ſecundam huius Indicis partem. Vlda quæ ſe Vicinoniæ immiſcet: Samſoni *la riuiere d'Aouſt, ou bien Oute, qui vient deuers Rohan, paſſe par Iocelin, le Pont Corbin & ſe meſle auec la Villaine.*

VOLCARVM ſtagna: *les Eſtangs ou marais du bas Languedoc, depuis le Rhoſne iuſques au Rouſſillon, ou au*

moins iuſques à l'emboucheure de l'Eiraud, au deſſous d'Agde, ou il y a des Graus, ou canaux, par leſquels à trauers la plage la mer eſt iointe aux Eſtangs, & les Vaiſſeaux abordent à Aigues-mortes, Lates, Frontignan, Serignan &c.

VVLTONNA: *la riuiere de Boutonne en Poictou, qui paſſe à Chizay, & ſainct Iean d'Angely, & ſe perd dans la Charante.*



QVARTA PARS.

MONTES, PROMONTORIA, INSVLÆ, SYLVÆ, SALTVS &c.

A.

ACEMA Alpium mons, ex quo profunditur Varus teſte Plinio : quod tamen aliis non obſeruatum : Patri Moneto *Col de Tande, Mont de Tende au Comté de Nice d'où ſort le Var, que d'autres font venir d'vn autre coſté, & paſſer par Glandeue.* Auguſtinus Iuſtinianus & Leander ſcribunt Varum hodie ex

monte *Camelione* vocato, oriri, vnde infert Ortelius, Acema & Camelione ſunt ergo ſynonyma. Vnde habeat recentior Chalcographus in expoſitione ſuæ tabulæ, etiam pronupe̊r recentatâ, inter Alpes maritimas reperiri Cemmenum montem *monte Camelione* fateor me neſcire, cum Cemeneleon oppidum vel Cemeliō oppidū dumtaxat occurrat.

ADVLA celeberrimus & aſperrimus mons Alpium Lepontiarum, ad cuius radices ex vtrâque parte fontes ſunt Rheni geminato alueo primùm erumpentis: inde quoque profluit Addua verſus Italiam *le mont Vogel proche celuy de Sainct Gothard*. Vide Ægidium Tſchudum, Glareanum, Ioſiam Simlerum, Merulam, Cluverium, alioſque.

ALPES: *les Alpes hautes montagnes, qui ſeparent l'ancienne Gaule de l'Italie depuis la mer Mediterranée iuſques aux Griſons*: de quibus vide ſupra laudatos ſcriptores, cæte-

roſque, qui de iis ſcripſerunt, vt mihi in iis diutius immorari non ſit operæ pretium. Varium earum noment Maritimæ, ſeu Liguſticæ Mediterraneo imminent mari, ſequuntur Cottiæ, Graiæ, Penninæ, deinde Lepontiæ & Ræticæ, de quibus breuiter quidem, ſed accuratè P. Monetus. Nos quoque deinceps vt elemētorum feret ordo de ſingulis nonnihil attexemus. Alpem vero ſummam quemadmodum & ſummum Pyrenæum qui de nomine ſcire volunt caſſo labore torquentur.

ALLOBROGVM inſulam non iiſdem coercent finibus Polybius libro tertio, & Plutarchus in vita Annibalis poſt Liuium libro XXI. Hi inter Rhodanum & Ararim, ille inter Rhodanum & Iſaram amnes videtur collocaſſe. P. Monetus Liuio Plutarchoque adhæret, Polybio Samſon, cui ego haud invitus ſubſcripſerim. *les pays de Dauphiné & de Sauoye, qui ſont enclos entre le Rhoſne, l'Iſere, & les*

& les Alpes qui ſont comme la baſe de ce triangle approchant en quelque façon au Delta d'Ægypte fait par les bras du Nil.

ANTROS, ſeu, vt Moneto dicitur, Andros : *l'Iſle, ou le rocher, où eſt baſty la fameuſe Tour de Cordouan ſur l'embouchcure de la Garonne, entre Soullac & Royan.*

APHRODISIVM promontorium, ſeu cornu : *le Cap de Creux, entre Collioure & Roſes, faiſant la diuiſion de l'ancienne Gaule, & de l'Eſpagne.* Vide quæ nos ad Strabonem obſeruauimus.

ARDVENNA ſilua : *les Ardennes, foreſt iadis de plus grande eſtenduë, qu'elle n'eſt maintenant.* Vide Cluuerium qui in hoc caſtigandus videtur, quod in Cæſare ſimilibuſque primæ notæ ſcriptoribus caſtigandis immoderatior, per fas & nefas purgat, diſcerpat, dilaniet, quos benignâ plerumque interpretatione ab omni poterat vindicare crimine.

ARICA inſula: Samſoni *l'Iſle de Sark entre Ierſey & Garneſey ſur les coſtes de la baſſe Normandie vis à vis de Coutance.*

B.

BARSA Antonino Britannici maris inſula: *l'Iſle de Bas ſur la coſte de la baſſe Bretagne au deſſus de ſainct Paul de Leon, Baſepole* dicitur Anglis ex Camdeno.

BATAVORUM & Caninefatum inſula, de quâ tam multæ lites ac iurgia Cluverium inter eiuſque adverſarios: *la Hollande depuis le fort de Schink ou le Vaël ſe ſepare du Rhin iuſques à Catuiick & l'emboucheure de la Meuſe & du Vaël. La Betuue, que l'on appelle encor maintenant, garde les marques de cette ancienne Batauie, ou Iſle des Bataues.*

BLASCO inſula: vulgo dicitur *l'Anguillade*; haud procul oſtiis Rhodani: Samſoni in explicatione Tabulæ ſuæ tùm veteri, tùm recens

auctâ & emendatâ, *l'Isle de Paulet:* quamquam in minori Tabulâ, quæ hiſce diebus ad me delata primum eſt, cum huius Indicis extremas legerem oras, viſus ſit Blaſcbonem aliò tranſtuliſſe inter Setium montem ſcilicet & Arauraris, paulò infra Agatham, oſtia. Et ſanè inſula quæ modo dicitur *l'Isle de Breſcou ou Bleſcou, prés de laquelle & du Cap d'Agde on a entrepris de baſtir vn port tres-capable d'vn grand nombre de vaiſſeaux*, veteris nomenclaturæ haud obſcura videtur oſtentare veſtigia. Adde quæ ad Strabonem notauimus de duplici ſinu mediterranei maris.

C.

CÆSAREA inſula: *l'Isle de Iarſay, ou Gerzey, la plus proche de celles, qui ſont ſur la coſte de Normandie vis à vis de Coutance.* Ita Camdenus ex Itinerario Antonini; Maſſonus rectè Conſtantini littoris inſulam

vocauit cum Conſtantiæ vrbi obijceat, licet Anglos modò dominos agnoſcat.

CEBENNÆ, Cemmeni montes, Cemmenus. Vide Gebennæ.

CIVISIVS mons: *le mont Cenis*, quæ vox an cognita fuerit priſcis Scriptoribus examinabimus ſuo loco.

COTTIÆ Alpes: *montagnes des Alpes depuis Ambrun iuſques vers Suze & le Piemont, dont le mont Geneue ne faict qu'vne partie.* Vide quæ ad Strabonem & Marcellinum annotata ſunt à nobis. P. Monetus etiam Caturigicas appellat, nominatque earum conualles Guileſtriam, Brigantiam, Frecinietiam, Cæraſiam, Pragelaſiam &c. Quibus olim Augusti tempore Regis appellatione præfuit Cottius quidam, vnde Cottiæ Alpes, & Cottij terra.

CRACINA Putauienſis inſula Greg. Turonenſi libro quinto: Patri Moneto *l'Isle de Ré aſſez cogneuë par le fort ſainct Martin, & la deffaitte*

des Anglois. Hic illius nomen omiſit in vtrâque Tabulâ maiori minorique Chalcographus. Dauitus verò aut quiſquis eius Franciam recenſuit hæc pauca de eadem inſulâ, *l'Isle de Ré* Herus *ou* Herenſis inſula, Reacus *ou* Rea. *l'Abbaye reduite en Prieuré à eſté nommée par les Poicteuins Nermonſtier.* quæ quot maculis deformata ſint, non vacat pluribus aperire.

CREMONIS iugum, Alpium pars Liuio libro XXI. quâ nonnulli putant tranſgreſſum Annibalem; Samſoni *le petit ſainct Bernard.*

CROCIATONVM: P. Moneto *chef de Coqueville ou de la Hague,* aliis vrbs eſt.

CVRIANVM promontorium: Belleforeſtio *Cap de ſaincte Marie;* Vineto *la Tour de Cordouan;* Mercatori *Soullac* Samſoni *Cap de Horret.* Scaligero, Moneto, Marcaſio, aliiſque eruditioribus *le Cap qui s'auance en l'Ocean vers le Bourg appellé vulgairement Teſte de Buchs.*

Qui in extremis Medulis ad Solacum oppidum reponit *le Cap de Buſc*, is procul dubio loca illa nec adiit ipſe, nec diligentiùs in vulgaribus chartis inſpexit.

D.

E.

F.

FLEVO inſula (ſeu Fletio ex conjectura Cluverij) quam Flevus lacus, in quem à Septentrione ſpargebat ſe Rhenus, ex omni parte cingebat, modo Oceani aquis abſorpta eſt: in eius inveniendo ſitu multus eſt Cluverius in longiſſimo illo de Friſiis capite XVII. libri III. de Germaniâ Antiquâ. Videndus quoque Ortelius, qui hodie *Vlie ou Flie* dici autumnat.

G.

GAVRA, fortè contractum ex Gauaura, vnde poſtea hodiernum profluxerit vocabulum *le mont Geneure en Dauphiné.*

GEBENNÆ, Gebennici montes &c. *les montagnes d'Auuergne, du Foreſts, Vellay, Geuaudan, Quercy, Rouergue, Albigeois, & autres Prouinces voiſines,* de quibus meminit Strabo ſæpiuſculè: Vide quæ ad illum adnotauimus. *Du coſté du Languedoc & Viuarais elles ont gardé l'ancien nom de Cenennes.* Ridiculi ſunt, qui cavâ pendentes rupe Gebennas Heluiiſque vicinas in Geneuam conterminam Heluetiis vrbem commutant.

GOBÆVM promontorium in minore Britanniâ: de quo ſic P. Monetus Promontoria trium orarum Britanniæ Celticæ ſunt plurima, ſed omnium ampliſſimum Gobæum in orâ occiduâ, cuius ſegmenta & partes

ſunt, Furium Cornu, Caprarium cornu, & Pammarchium cornu: quin ipſa quoq; Aremorica promontorium eſt perpetuum: vulgò dicitur *le Four ou le Cap de ſainct Malié au deſſus de Breſt, que l'on appelle,* in finibus terræ, *partie en Cornouäille, partie au Dioceſe de Leon, comme diſent quelques vns, qui adiouſtent que le Conqueſt eſt vne preſque Isle à l'extremité de la Bretagne, & qui met le plus auant en mer droict au Conchant.*

GRAIÆ Alpes: *montagnes des Alpes, qui enferment les vallées d'Aoſte, de la Tarantaiſe, & de Morienne, les principales ſont appellées le mont Cenis, le petit ſainct Bernard* &c. de quibus plura Monetus, Simlerus, Merula, Leander, aliique. Quamobrem autem dictæ ſint Graiæ non conſtat apud doctos, neque ego fabulas moror, nugaſque quorumdam aniles.

H.

HERVS, ſeu Herius inſula, de quâ in Martyrologio Romano & Vitâ Sancti Philiberti alium ſibi poſtulat locum: neque enim, vt id obiter dicam hic omnia ſuccenturiamus vocabula, quæ ex antiquis ſcriptoribus congeſſimus, ſed ea tantùm, quæ ætatem Magni Clodouei ſuperant: neque vero Gregorium Turonenſem vetuſtioribus mens fuerat adiungere, niſi mihi tùm pleraque alia, tùm recentioris Chalcographi ænea tabula, à quâ ſordes vanoſque, vt tute ipſe deprehendes, plurimos ſolâ publice vtilitatis ratione ducti amicâ manu deterſimus, contrarium ſuaſiſſent. Sanè nulla ſpes erat errata illa ab ipſo auctore correctum iri, qui poſt quindecim annnos (anno enim M. DC. XXVII. major eius Tabula primò prodiit) lectione Geographorum, atque aſſiduâ earum rerum commentatione non factus cavtior,

eadem, quæ olim, peccarit in minori Tabulâ Antiquæ Galliæ, quam cum explicatione auctâ & emendatâ ſumptibus & in impenſis auctoris nudiuſtertius, publici iuris eſſe voluit. Has vero ſecundas illius curas Pariſiis ad me miſſas ante tres hoſce dies videre contigit, cum extremam huic oppellæ manum imponerem Octobri anni M. DC. XLII.

Hypæa vna ex Stoechadibus: Samſoni *l'Isle du Titan, ou comme d'autres l'appellent l'Isle de Levent.* Quid ſi ea ſit Protè in iis enim nihil admodum certi. Vide Stoechades.

I.

Icivm, ſeu Itium promontorium: *la pointe de terre de Picardie qui auoiſine de plus prés l'Angleterre, ou eſt baſti le fort de Blaceveſt, ou Blancheveſt, entre Boulongne & Calais.* Meyero *Eſtaples ſur l'embouchcure de la riuiere de Canche.* Quod ex malè digeſtis Belgicæ Galliæ apud Ptole-

mæum periochis originem traxit.

IVRA, & ex Græco Ptolemæi & Strabonis Iuraſſus: *la chaiſne de mõtagnes, qui ſepare la Breſſe & Franche-conté des Cantons des Suiſſes, depuis le Lac de Geneve, iuſques proche le Rhin. Elles ont diuers noms, deſquels parle Glarean en ſes Notes ſur les Commentaires de Ceſar: nous les recognoiſſons par le nom des montagnes de Saint Claude, & du mont Iou* vide Rhellicanum, Munſterum, Guillimanum, &c.

L.

LEENNA Silva in finibus Biturigum & Arvernorum vbi Palatium Brunichildis alteri reſeruatur indiculo.

LEPONTIÆ Alpes frequentib? & præcelſis montium viſis horridæ: *les Alpes voiſines des ſources du Rhone, Rhin, Teſin, Adda, & autres Rivieres: les principales ſont le Vogel & Saint Gotard.* ita Monetus, alij

enim refragantur. Vide Cluverium, Merulam, &c.

LESORA: *la montagne de Loſere en Gevaudan, d'ou l'on portoit des fromages renommés dans Rome, comme Pline nous l'apprend.* Vide noſtrã ex Plinio & Apollinare Galliam.

LERINA: *l'iſle de Sainte Marguerite de Lerins proche d'Antibe ſur les coſtes de Provence.* Lero autem: *l'Iſle de Saint Honorat de Lerins* Samſoni nonnullisque aliis de vulgò Geographis, At doctiſſimo Sirmũdo aliter viſum in Notis ad Euchariſticũ Sidonij ad Fauſtum Rejenſem, vbi docet Lerona Strabonis, Leronem Ptolemej, Lerum Ennodij, modò à S. Margarita dici: Lerinam verò, Lerinum, ſeu nutricem ſummorũ montium planam Lirinum, à Sancto Honorato, in quâ & celeberrimum Monaſterium conditum fuit.

LIGVSTICÆ Alpes, Vide maritimæ.

LIGVSDIDES Inſulæ: *les Iſles d'Hieres,*

d'Hieres, & autres eſparſes, çà & là ſur la coſte de Prouence iuſques à Nice. Vide Stoechades.

M.

MARITIMÆ, ſeu Liguſticæ Alpes: *les montagnes des Alpes, qui s'approchent de la mer Mediterranée dans la Prouence, & coſte de Gennes, depuis Ambrun & le mont Viſo iuſques à Sauonne d'vn coſté, & quaſi Marſeille de l'autre.*

MATRONA mons: *le mont Geneure partie des Alpes Cottiennes* Vide noſtram ex Ammiano Galliam.

MESE, ſeu media, vna ex Stœchadibus, quæ & Pomponiana: Samſoni *l'Iſle de Porquerolles*: forte an melius *l'Iſle de Porte-cros, qui eſt veritablement au milieu des deux autres.*

MESVA collis ferè incinctus mari apud Melam: *la petite colline, ou montagne, que l'on nomme Cap de Serte au bas Languedoc, ou eſt encor*

maintenant vne petite ville nommée Meſe ſelon le rapport du ſieur Catel.

METINA, aut vt ego ſuſpicabar, Metapina ex Metapino oſtio aut è contra Metinum oſtium ex Metinâ inſulâ *vne Iſle qui eſtoit iadis ſur l'emboucheure du Rhoſne*. P. Moneto nunc dicitur incognita, Samſoni *l'Isle de Paſſon*. Quæ verò ſint Medianæ inſulæ, quorum meminit Ennodius in vitâ Sancti Epiphanij fateor me neſcire, niſi quis conjectationem meam æqui boccique conſulat, Medianas, quaſi medij ſeu mediterranei maris inſulas dictas fuiſſe: Hæc enim ingenij noſtri tentamenta ſubtimidè ac titubanter in medium producimus veriti iudicium ac cenſuram eruditæ poſteritatis.

N.

NESIDES Priſciano Dionyſij interpreti, aliis Neſiades, dicuntur Amnitarum ſeu Namnitum inſulæ: ineptè omninò, cùm Νησιάδες

nomen ſit appellatiuum apud Periegetam.

O.

OEASO, Earſon, Olarſo, Iarſo, vt diuerſa apud ſcriptores variant exemplaria; vulgò vertunt *Oiarſon ou Oiarcum, la pointe des Pyrennées qui auance dans la mer depuis Fontarabie iuſques au paſſage ſelon le ſieur de Marca en ſon Hiſtoire de Bearn, que ie vous conſeille de voir ſur ce ſubiet.*

P.

PARISIORVM inſula Iulio ac Iuliano Cæſaribus celebrata: *l'Isle de Noſtre Dame, ou eſtoit renfermé tout Paris autrefois.*

PENNINÆ, ſeu vt alij minus benè ſcribunt, Pœninæ inter Grajas & Lepontias: *les Alpes de Sion & de Vallais dont les principales ſont le grand Sainct Bernard, comme les Itineraires nous l'enſeignent, le mont Sampion, & autres qui ſeruent de*

Barriere entre les Suiſſes ou Valeſans, & la Lombardie. At de his plura Simlerus, Alciatus, Merula, Cluverius, quorum plerique Penninas Alpes ad Adulam vſque protrahunt, quæ monuiſſe modo ſatis eſt, alias enim in trutina expendentur accuratiùs hæc omnia.

PICTONVM promontorium: multis *Cap de Talmond, ou Talmont prés des ſables d'Olonne*: aliis *Vornoc.*

POMPONIANA vna ex Stoechadibus eadem cum Meſe: Vide ſupra.

PHILE, ſeu Phila inſula ignobilis Narbonenſis Prouinciæ, quemadmodum Phœnice, & Sturium. Eas P. Monetus nominat *les Isles d'Yeres*, Olbienſes Inſulas, cui ego non ſubſcripſerim: idem quoque Stoechadas interpretatur *les Pomegues* tres inſulas vnâ ſerie poſitas aduerſùm Maſſiliam, quarum prima, ad ortum Proſe, ſecunda Meſe & Pomponiana, tertia Hypæa: Pinetus in ſuo Gallico Plinio Philen *Bonhomme* Phœnicem *Porte-*

croix Sturium *Ribaudet ou Ribaudas* exponit. Tu vero vide quæ infra nos de Stœchadibus.

PLANASIA Strabonis in orâ Prouinciæ Narbonenſis, inſula multis creditur eadem cum Lerinâ : *l'Isle de Sainct Honorat en Prouence. Car ie ne crois pas que Strabon ait voulu parler de la petite Isle de Planie qui eſt au deuant des Pomegues vers Marſeille.*

PROTE vna ex Stœchadibus : Samſoni *l'Isle de Porte-Cros*, cum tamen quæ ſic modo indigitatur, media ſit inter eam, quæ à Titane nomen habet ; & alteram quæ Porquerola vocitatur. In iis iudicium non interpono meum, eruditiorum efflagito opem.

PYRENEI montes, Pyrene : *les monts Pyrenées, qui ſeparent la France de l'Eſpagne d'vne mer à l'autre, depuis le Rouſſillon iuſques en Biſcaye.* Pyrenæus vero ſaltus quibuſdam reſtrictè admodum *la vallée du Sault.*

Q.

R.

RÆTICÆ Alpes: *Alpes des Griſons* ad veteres Gallos vix pertinent.

RHENI inſulæ. Vide Batauia: nam de Marſariorum Friſiorumque minorum ac majorum inſulis conſulendum moneo Cluverium, qui quæ ad ſuam Germaniam ſpectant luculenter expoſuit.

RIDVNA inſula Britannici maris apud Antoninum: Samſoni *l'Isle d'Aldernay proche de celles de Idrſay & Garneſay* Camdenus confundit cum Ricinâ Ptolemæi & *Racline* appellat.

S.

SAMNITARVM inſula Straboni, inſulæ Dionyſio. Vide quæ ad Strabonem.

SARNIA Antonino Britannica inſula: Samſoni poſt Camdenum *l'Isle de Garneſey, ou Garnſey, ou Greneſé, la plus eſloignée de la coſte du Coutantin de toutes les Isles Angloiſes.*

SENA inſula Oſiſmicis aduerſa lictoribus: vulgò *l'Isle de Sain en baſſe Bretagne plus proche de la coſte de Cornoüaille, que de Leon.* Non benè videtur Ortelio, quæ à Nantis dicitur *Heyʒaut.*

SETIVS mons: Straboni, Sigius: *le Cap de Sette au bas Languedoc entre Montpellier & Agde.* Vide Meſua.

SIAMBIS Plinij eadem Camdeno videtur cum Senâ Pomponij Melæ.

STOECHADES Galliæ Narbonenſis inſulæ quinque Ptolomæo, tres Stephano & Plinio: Proſe, Meſe, quæ & Pomponiana, atque Hypæa, hoc tempore appellantur *l'Isle du Leuent ou Titan, l'Isle de Porte-Cros, l'Isle de Porquerolles* quæ au-

tem ex his ſit Prote, quæ Meſe, quæ Hypœa, item quæ ſit Sturium malim ab aliis diſcere, quam docere, Vide Phile. Laudatiſſimum circa eas gigni corallium auctor eſt Plinius cap. ſecundo libri XXXII. *On les appelle maintenant les Isles d'Hieres ou les Isles d'Or.*

T.

THEMISTA apud Martianum Heracleotam, vt quidem habet Ortelius, dicta eſt Prote ſeu prima ex Stoechadibus. Non conſtat tamen idem Ortelius, alibi enim aſſerit eidem Marciano, quem in hoc Bituri-cenſi receſſu numquam nanciſci licuit, Meſem dictam eſſe Themiſtam,

V.

VENERIS Pyrenææ promontorium. Vide Aphrodiſium.

VENETICÆ inſulæ, quas eſſe Amnitarum domicilia Νησιάδας paruas inſulas Dionyſij Periegetæ

non malè ſuſpicatus eſt Camdenus apud Ortelium. Ioannes autem Camers Silurum inſulas de quibus Solinus confundit cum parvulis illis Dioniſij inſulis, quas alij *les Sorlingues ou Silley* appellant, ſed de his plura aliàs. *les Isles de la coſte de Bretagne depuis l'emboucheure du Loyre iuſques vers Blavet principalement vers Vannes, où on en conte iuſques à trente & au delà, dont les principales ſont l'Isle aux Moynes, aux Dards, aux Oiſeaux, Taſcon, Bonedie, mais ſur toutes Belle-Isle qui eſt à six lieües du riuage de la mer, & contient ſept lieües de pays.*

VESVLVS mons, è cuius gremio finibus Ligurum Vagiennorum viſendo fonte profluit Padus teſte Plinio, aliiſque dicitur hodie *le mont Viſo dans le Marquiſat de Saluces.*

VLIARVS: *l'Isle d'Oleron ſur la coſte de Poictou & de Xaintonge, qui a de circuit dix à douze lieües, à ſept lieües de mer de la Rochelle, & trois*

de Brouage. Sidonius Apollinaris celebrat Vlaronenſes lepuſculos ſeu Olarionenſes epiſtola VI. libri VIII.

VOCETIVS mons, ſeu Vocetus (pro quo quidam ineptè legunt Vogeſum aut Voſegum) Tſchudo dicitur *Bozberg & Bozen*, aliis, nominatim Cluverio, qui affirmat partem eſſe Iuræ montis aſperrimam.

VOGESVS mons Cæſari, ſilua Voſagus Tabulæ Pentingerianæ, Vvaſagus Nithardo, Βόσηκον ὄρος τῆς Λιγγονικῆς Interpreti Greco Cæſaris, Vogeſi ardua rupes Lucano, Veſagi luſtra auctori Vitæ Ludouici Pij, Veſagi ſaltus Aimoino, Veſacus ſilua Turonenſi: *la chaiſne de Montagnes qui prend depuis Langres, & les ſources des riuieres de Marne, Saone, Meuſe, & Moſelle, iuſques vers le bas Palatinat entre Treues & le Rhin, & qui ſepare la Franche-Comté de la Lorraine, & l'vn & l'autre de l'Alſace: le pays de Voſgues, les bois de Voyge ou Voyſe, Das Vvaſgauv &*

Auf der Forſt Germanis. Vide Cluverium, qui procaciter & importunè Cæſarē non erroris quidem, aut ignorantiæ, ſed negligentiæ, potiùs, atq; incuriæ inſimulat, in deſcribēdo fonte Moſæ, ac ſitu Vogeſi montis. Sed hæc in anteceſſum dicta ſint paucis.

VXANTOS, Axantos, ſeu Vxantis: quibuſdam dicitur *l'Isle d'Oneſant ſur la coſte de la baſſe Bretagne vers le Four & le Conqueſt, que les courſes des Anglois & Eſpagnols eſcumeurs de mer rendent quaſi deſerte.*

CORONIS
Ex IOSEPHI SCALIGERI NOTITIA.

MVLTA ſunt in Commentariis Belli Gallici apud Caium Cæſarem, quæ nondum explorata ſunt, multa etiam quæ malè ad veteres appellationes relata, quæ nos caſtiganda ſuſcepimus. Obſcuritatem

enim peperit duplex appellatio loco-
rum apud veteres, vt Scaldis & Ta-
buda idem eſt; Phrudis & Sumina;
Obrincá & Moſella; Araris & Sa-
gona; Brátuſpántium & Cæſaroma-
gus; Bononia maritima & Geſſoria-
cus. Item nomina Populorum pro
ipſâ vrbe, vt Pariſij pro Lutetia,
Turones pro Cæſaroduno, Aureliani
pro Genabo & alia ſimilia. Nos
pauca ſed magis neceſſaria in Cæſare
delibabimus, inquit Magnus Scali-
ger in appendice ad Notitiam Galliæ.
Cuius nos quoque conſilium ſecuti,
ſolemnibus hiſce per Autumnum va-
cationibus dum ruſticantur alii ludi-
criſque terũt bonas horas, non ex vno
dumtaxat Cæſare, vt ille, ſed ex Stra-
bone, Mela, Plinio, Ptolemæo,
Itinerariis, Notis Senecæ, Stephano,
Liuio, Tacito, Ammiano, Auſonio,
Sidonio, aliſque etiam quos hic com-
memorare longiuſculum eſſet, veteris
memoriæ Scriptoribus qui ante Ma-
gni Clodouæi tempora floruerunt,
tùm

tùm Indicem hunc Geographicum quatuor diuiſum in partes ordine Alphabetico contexuimus, tùm Pharum Antiquæ Galliæ ex ſingulis ferè commemoratis auctoribus ad Ptolemaicæ deſcriptionis regulas exactam concinnavimus in hunc ſcopum perpetuò collimantes, ne quid temerè, ne quid præcipiti præfractáque audaciâ, aut ſine conjectationis noſtræ plauſibili aliquâ ratione proferremus in medium. Aliorum enim edocti exemplo temperauimus nobis, veriti ſanè magni illius politiorum literarum Principis gravem cenſuram quam brevi ſuo Indiculo ſubiecit in hanc ſententiam.

Hæc pauxilla de appellationibus locorum & gentium in Cæſare delibauimus. Nam quæcumque omiſimus adeò inexplorata ſunt, vt tantùm abeſt ea verè retulerint, qui de illis ſcripſerunt, vt mihi conſtet nullam ſpem eſſe ad eorum indagationem penetrandi. Quarè in medio ea

relinquimus, vt ingenuè fateamur, nos ea neſcire, quæ tam ſaluo pudore facere poſſumus, quam impudenter multi ſe ea ſcire profeſſi ſunt: in quo exemplo temeritatis primas tenet Bekkeſelenus. Quæ vtinam verba diligentiùs expendiſſent ij, qui præcipiti temeritate quidquid in mentem ſtilique acumen venerit, illicò id omne chartis illinunt, & quaſi de tripode & cortinâ recentes pro Delphicis oraculis circumferunt. Tù vero quiſquis hæc legis, ſi ſapis:

QVÆ certa certò, quæ dubia dubiè exprime.

Τὰ σῦκα, σῦκα· τὴν σκάφην, σκάφην λέγε.

NIHIL *eſt temeritate turpius, nec quicquam tàm indignum ſapientis grauitate & conſtantiâ, quàm aut falſum ſentire: aut quod non ſatis exploratè perceptum ſit & cognitum ſine vllâ dubitatione defendere.* Cicero primo libro de Naturâ Deorum.

FINIS.

INDICVLVS CORRIGENDORVM & inſerendorum.

ERRATA Quædam irrepuiſſe moneo ex minus bellè depictis in Autographo noſtro characteribus præſertim n, u, r, t, i, aliiſque inuicem permixtis, vt in Ambibari, Ambiuareti, Ambrones, Morini, Niuernenſem, *Banay*, *Beuuray*, Becanus, Marlianus &c. Sufficiat ſemel id indicaſſe Lectoribus, vt quùm occurrerit inſolens aliquod vocabulum, eò mentem reflectant. Exciderunt quoque nonnullæ literulæ properantibus Operis Typographicis, propriiſque nominibus ſua dignitas imminuta detractis capitalibus, vt vocant, literis, aut contra vitiosè nounumquam adiectis: diſtinctiones ac virgulæ contra ſenſum inculcatæ vel omiſſæ; Græca interdũ fœdè corrupta. Repone igitur pagina 4. Aleſationes, 29. vox & Sexſignani. 37. Fulcinates. 40. fictitia. 47. Lutauenſes. 52. ridere. 62. Supeños.

63 Diniâ & ſequioris. 66. illicò. 73. adde, Vellates Catello *ceux de Vellay* ſat commodè. 88. Genuæ. 90. *Arcy ſur Aube entre Troyes & Chaalons.* 96. Badera Catello *le bourg de Bazi-ege.* 97. *au deſſus de Sens.* 102. & ſeq. Breucomagus & Breuiodurus. 110. diuager. 113. *Candes.* 116. Ciuaro. 120. recente. 123. Epauna. 126. & alibi ſæpe Peutingeri. 130. dele quæ de Scaligero. 136. cui. 142. Leuæ. 150 Briſiacus. 158. *Martenach.* 159. Penninum. 160. Piſtis. 162. adde & Capitularia Caroli Calui. 166. Ammiani 168. Samblacis. 194. ratio. 200. quē. 203. *ou eſt le fameux Puy d'Vxoldun* ironicè intellige. 205. dexter. 206. nunc & vicum. 212. dele *Noyon.* 217. lege *Occidental.* 247. canâ pro cauâ. 248. *S. Mahé.* 249. næuos. 251. iugis. 256. Prote. 263. *Oueſſant.* In Prolegomenis quoque properanti occurrerunt hæc inter cætera, nos pro non & pro vos; viſcuntur pro viſuntur. Pauſa pro Panſa. maiſtrati

pro monſtrati. ne pro re. arondis pro arcendis & ſi quæ alia minoris momenti: quæ haud ægrè condonabũt Lectores benevoli tùm Auctoris abſentia, tùm multitudini propemodum infinitæ nominum propriorum: alteramque editionem altero minimùm tanto caſtigatioré expectabũt. Omiſſa caſu reperi hæc: Tauroentiũ, Toloſa, Tarantaſia, Veſuna, Cithariſtes prom. & ſi quæ alia.

PRIVILEGE DV ROY,

LOVIS PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE: A nos amez & feaux Conſeillers les gens tenans nos Cours de Parlemens, Maiſtres des Requeſtes ordinaires de noſtre Hoſtel, Baillifs, Seneſchaux, Preuoſts, leurs Lieutenans & à tous autres nos Iuſticiers & Officiers qu'il appartiendra, Salut. Noſtre cher & bien aimé

Pierre Vernoy Marchand Libraire & Imprimeur en noſtre Ville de Moulins Nous a fait remõſtrer qu'il a recouuert vn liure intitulé *Pharus Galliæ Antiqua ex Cæſare Hirtio &c.* lequel il deſireroit faire Imprimer & donner au public Nous ſuppliant & requerant luy octroyer a cette fin nos Lettres neceſſaires. A ces cavses deſirant recompenſer l'expoſant de ſes frais & miſes: Novs luy auons permis & octroyé permettons & octroyons par ces preſantes d'imprimer faire imprimer vandre & debiter ledit liure par tout noſtre Royaume, Pays, Terres, & Seigneuries & ce pendant le temps de cinq ans a conter du iour & datte des preſantes. Faiſant tres-expreſſes inhibitions & deffances à toutes perſonnes de faire le ſemblable ſur peine de confiſcation des exemplaires & de huit cens liures d'amande moitie a nous applicable & l'autre audit expoſant, a la charge d'en mettre deux exemplaires en

noſtre Biblioteque & vn en celle de noſtre tres-cher & feal Cheualier, Chăcelier de France, le S. SEGVIER Voulons eñ outre que ces preſantes ſoient tenues pour ſignifiées & venues à la cognoiſſance de tous ſans ſouffrir n'y permettre luy eſtre fait mis ou donné aucun empeſchement a ce contraire. Car tel eſt noſtre plaiſir. DONNE' à Paris le treiziéme iour de Decembre l'An de grace mil ſix cens quarante-trois & de noſtre Regne le premier. Signé

Par le Roy en ſon Conſeil.

COLLOT.

& ſcellé du grand Sceau de cire iaune ſur ſimple quëue.

Les Exemplaires ont eſté fournis.

Facultas R. P. Prouincialis.

EGO Ioannes Fillæus Præpoſitꝰ Prouincialis Societatis IESV in Prouinciâ Franciæ, iuxta Priuilegiũ eidem Societati à Regibus Chriſtianiſſimis Henrico III. 10. Maij 1583. Henrico IV. 20. Decembris 1606. & Ludouico XIII. 14. Februarij 1611. conceſſum, quo Bibliopolis omnibꝰ prohibetur, ne libros ab hominibus Societatis noſtræ compoſitos, abſq; Superiorum eius permiſſione, imprimant; permitto Petro Vernoy Typographo Regio Molinis commorãti, vt librum, qui inſcribitur, *Pharus Antiquæ Galliæ ex Cæſare, Hirtio, &c. cum Quadruplici in eam Indice. Auctore P. Philippo Labbe è Societate IESV*, à tribus Societatis noſtrę Theologis approbatum ad quinque proximos annos imprimere ac liberè divendere poſſit. Datum Rothomagi 10. Maij 1643. ſignatum

IOANNES FILLÆVS.

1 1468636

lis.
olit'
v in
egiú
ſtia-
583.
506.
1611.
nib'
ibus
bſq;
pri-
Ty-
orá-
rus
io,
e.
e-
rę
ie
rè
gi

BI